Webbia 31: 245.
1977.

**Swartz O.** *Synopsis Filicum earum genera et species systematice complectens. Adjectis Lycopodineis et descriptionibus novarum et rariorum specierum.* pp. I-XVIII, 1-445. t. 1-5. Kiliae (Bibl. Nov. Acad.) 1806.

In addition to the data given in a previous paper of mine [Webbia 9: 390. 1953] I wish to mention that this book was recorded as published in Allg. Verz. Büch. Osternmesse 1806 (p. 175). As far as I know, in that year the Easter fair was opened on 20 April and hence the book was certainly published before that date and probably in March or April 1806.

Olai Swartz

Acad. Imp. Nat. Cur. Rel. Sodalis

# Synopſis

# Filicum

earum

Genera et Species

ſyſtematice complectens.

Adjectis

# Lycopodineis

et

deſcriptionibus novarum et rariorum ſpecierum.



Cum Tabulis aeneis quinque.

Kiliae,
impenſis bibliopolii novi academici.
1806.

# I.

Enumerationem Filicum in ordinem ſyſtematicum redactarum ante aliquot annos in Diario botanico cura Cel. Schraderi evulgato, publici juris factam, hodie emendatam atque auctam iterum in lucem prodere nec inutile, nec Botanicis ingratum fore ſperavi, cum copiam novarum minusque cognitarum ſpecierum perſcrutandi anſam praebuit occaſio, quo auxilio diſtributionem ut puto meliorem inde concinnare mihi contigit. Integram Ordinis hujus naturalis pulcherrimi hiſtoriam reddere diu quidem exoptavi, at defuerunt adhuc quam plurima quae ad opus perficiendum obſervari debent. Hoc tamen mihi ſemper in votis erit ſi fata permiſerint et otium forte licebit. Haec interea prodromi vice fungantur, cui praefaminis loco animadverſiones nonnullae praemittendae ſunt:

## *De Filicibus in genere.*

Filices familiam plantarum comprehendunt, cujus pleraeque hypophylloſpermae ſeu dorſiferae

funt, h. e. fructum gerunt in pagina averfa frondium germinatione circinnatarum.

Hae frondes in aliquibus generibus diftinctae, fteriles et in aliis fructiferae. Harum vero pinnae in quibusdam contractae racemos mentiuntur, fimplices l. compofitos.

Flores horum vegetabilium, de quibus varie differuerunt Gleichen, Hedwig, Sprengel, Bernhardi aliique valde obfcuri funt, ita ut modus quo Anthefis rite peragetur, adhucdum latere videatur.

Omnibus vero eft eadem fructificatio five *Capfulae* (Sporangia aliorum) maturitate dehifcentes, feminibus feu fporis repletae.

Hae capfulae l. pedicellis fuffultae l. feffiles, vario modo difpofitae, partibus frondis infident; funtque l. uniloculares, gyro cinctae, irregulariter demum rumpentes, feu gyris veris carentes, femibivalves, rima hiantes, l. plane bivalves l. multiloculares feu loculis pluribus compofitae. Haec forma diverfa Capfularum pro ordinibus filicum rite diftinguendis notas optimas characterifticas praebet.

Filices igitur diftribuendae in: Gyratas, Spurie Gyratas, Multiloculares et Bivalves.

Capſulae horum ordinum vario modo ordinatae ſunt: ſive aequaliter in ſuperficie inferiori frondis diſperſae, ſive in *ſoris* h. e. in punctis, ſ. lineis determinate aggregatae, e venis foliorum plerumque erumpentes, ſive *nudae* absque ullo tegumento, ſive membranula diverſo modo figurata obvelatae obtectaeque. Haec particula, *Induſii* nomine a Willdenowio inſignita, minus apte ab aliis Involucrum dicitur.

Ex his principiis genera filicum luculenter eruuntur.

Notae vero ab Induſio ſumtae, inſignis ſane momenti, olim fere neglectae fuere, ſaltem uſum illarum vix intellexit ullus ante Oculatiſſimum Smith, qui eas felici cum ſucceſſu in methodo ſua adhibuit.

*Gyratae*, antea Annulatae dictae a gyro ſ. annulo articulato quo Capſulae inſtruuntur, maturitate in duo haemiſphaeria inaequalia ſecedunt, connexa cingulo cujus ope et elaſticitate ſemina incluſa nictitando ejaculantur. Hic motus, oculo armato amoeniſſimum ſpectaculum, toties repetitur ac evacuatio capſulae exigit, quae ultimo momentaneo ictu ſaepe ipſa diſſilit.

*Spurie Gyratae* ſeu quoque *Rimatae* dicendae (ut indicavit Cl. Mohr qui primus ſimilem diſtri-

butionem hujus ordinis propofuit), annulo vero carent, fed plerisque analogon ejus eft circa medium, dorfo l. apice capfularum plus minus notabile, ftriis ab apice ad bafin progredientibus. Seminibus maturefcentibus capfulae altero latere rima quafi ad partem elaftice *verticaliter* dehifcunt fed exacte bivalves non fiunt. Capfulae omnium generum hujus fubdivifionis diftinctiores faepeque majores quam in primis.

*Bivalves* omni veftigio gyri carentes in binas valvulas *transverfim* (nec verticaliter) demum aperiuntur.

Omnium harum phalangium Conceptacula feminum unilocularia inveniuntur. Superfunt vero praeterea genera pauciora, quorum Capfulae loculis pluribus confiftunt. Has filices *Multiloculares* cognominandas effe velim.

Tegumentum membranaceum five *Indufium*, quo Sori in diverfis generibus muniuntur, maximo ufui eft, ut antea dixi, in illis determinandis, cum in omni fpecie, ubi adeft, conftans fit. Qua forma, illi, quae Soris eft propria, omnino congruit, varia ratione frondi affixa. Latere in quibusdam adhaeret l. ex ipfo margine frondis formatur. In aliis ex fuperficie ejusdem prope venas

directione varia erumpit l. externe (ſive ad marginem frondis) l. interne (verſus coſtam ſ. nervum medium frondis l. laciniae ejus). Hoc ſuperficiarium, Smithio praeeunte, appello. Mohrio vero *proprium* audit ſeu *verum*, illud *ſpurium*.

## *De generibus Filicum ſpeciatim.*

*Acroſtichum.* Fructificationes non proprie aggregatae ſed ſparſae, plus minus ſibi contiguae, paginae inferiori frondis toti l. ad partem, absque omni induſio inſident. In quibusdam ſpeciebus e venis diſtinctioribus erumpere videntur, pulvere colorato intermixtae (A. calomelanos, tartareum, ſulphureum etc.)

*Grammitis.* Genus inter *Polypodium* et *Aſplenium* medium. Sori adultiores illius habitum mentiuntur, ſed praeter formam elongatam directione obliqua *Aſplenii* plerumque gaudent. Omni vero induſio deſtituuntur.

*Taenitis.* Soris per totam longitudinem frondis continuis, nudis a *Blechno* differt ut *Polypodium* ab *Aſpidiis.*

*Meniſcium.* Sori, licet Polypodiorum more omnino nudi, forma et directione eorum ab eo discrepant.

*Hemionitis.* Sori in lineas dichotomas reticuli instar ordinati, in aliis ſulcis ſubimmerſi, in aliis vero ſuperficiales ſunt.

*Polypodium.* In ſpeciebus non paucis, praecipue Indicis, paginae frondis immerſi ſunt Sori, frondis averſum latus puſtulatum reddentes; hinc faciem a caeteris diverſam praebent. Confertiſſime aggregati in aliis ſubinde totam ſuperficiem frondis obtegentes, *Acroſtichum* referunt; diſtincti tamen Capſulis globoſe confertis nec ſparſis.

*Aſpidium.* Vaſtiſſimum genus, cujus figura, inſertio et natura induſiorum in diverſis ſpeciebus diverſa; ſubrotundo-peltata aut reniformis, integra l. laciniata, centralis aut lateralis, fugax deciduaque aut perſiſtens. Faciei Aſplenii ſolitae aliquoties quamvis rarius accedunt, ut fere difficile ſit dictu, cujus generis iſtae ſpecies eſſe debeant. (Aſpid. Aſplenioïdes, filix femina etc.)

*Aſplenium.* Directio induſii interdum variat, interne l. externe in eodem ſubjecto dehiſcentis. Habitus vero generis id diſtinctiſſimum reddit.

*Caenopteris.* Verae hujus ſpecies lineis ſubmarginalibus, induſioque exterius dehiſcente ab Aſplenio optime dignoſcuntur; quaedam interea quaſi

ſpuriae, medium inter utrumque tenent. Cum affinibus tamen comparatae, Illi potius aſſociandae ſunt.

*Scolopendrium.* Genus diverſiſſimum, lineis fructiferis non ſimplicibus ſed geminatis, quamvis a diverſa vena ortis, quibus ſingulis e latere exteriori Induſium eſt alterum alteri incumbens, ſorosque tegens.

*Diplazium.* Lineis binis contiguis praecedenti adfine, ſed ab eadem vena propullulant qua induſia geminata in medio linearum ortum ducunt, utrumque ad ſuum latus ſ. externe dehiſcens.

*Lonchitis.* *Pteridi* valde affinis, at Sori, lunularum inſtar, ſinus tantum frondis occupant.

*Pteris.* Marginem totam frondis l. ejus pinnarum plerumque inſident fructificationes, nec interruptae ſunt. Attamen in quibusdam ipſam apicem non attingunt. Hoc vero non impedit quin eodem generi aſſocientur. Induſium generatim diſtinctum, e margine membranaceo ſaepe diſcolori formatur. Rarius ejus vices gerit margo frondis ſolummodo leviter inflexus.

*Vittaria.* Praeter tegumentum duplex lineae ſingulae incumbens, habitu quam maxime ſimplici mox dignoſcitur.

*Onoclea.* Prae ceteris generibus diverſis gaudet frondibus, ſterilibus nempe et fructiferis, quarum hae induſiis aetate obſoletis *Acroſticho* non abſimiles fiunt. Haec in junioribus evidentiſſima e margine ipſo frondis membranaceo, revoluto.

*Blechnum.* *Onocleae* proximum, hinc nonnullarum ſpecierum character generis ſtatu adultiori haud facile enucleatur, niſi Induſia attente obſerventur. Ea ſuperficiaria in *Blechno* ſunt, ſeu intra marginem frondis orta.

*Woodwardia.* Soris interruptis oblongis induſiis fornicatis tectis a *Blechno* diſtincta.

*Adiantum.* Genus nitore et habitu membranaceo inſigne. Sori punctiformes diſcreti induſiis ipſis e margine replicatis inſeruntur. Hac nota a *Pteride* diſtinguitur, ſi ſori, ut aliquando contingit, in lineam ſubcontinuam confluant.

*Cheilanthes.* *Adianto* valde ſimilis, ſoris inſtruitur marginalibus discretis. Ii vero, induſiis, e crenulis marginis replicatis tecti ſunt, nec ut illius tegmentis ipſis inſeruntur.

*Lindſaea.* Facies *Adianti*, fructificatio fere *Pteridis*, ſed a margine parum remota, Induſio di-

rectione diverſiſſima utpote ſuperficiario, exterius dehiſcente.

*Davallia.* Genus a variis ſpeciebus priſtinis *Adianti* et *Trichomanis* concinnatum, ſed omnino naturale, habitu rigidiore, glaberrimo, concinno. Sori apicibus pinnularum praecipue emarginaturae terminali et laterali inſerti, *induſio* tecti ſquamiformi, l. toto affixo ſuburceolato l. ſupra medium libero, ſemper extus dehiſcente, ore obtuſo l. acuto integro l. lacero. Hujus diverſitatis cauſſa plura ſed genera nimis artificialia finxerunt Auctores (e. g. Wibeliam, Humatam, Furcariam).

*Dickſonia.* Situ fructificationum juxta ſinum inciſurarum lateralium pinnarum frondis (nec ad apicem), et induſio duplici (altero proprio l. ſuperficiario ſquamiformi, altero e crena frondis oppoſita concava illud alterum amplectente) a *Davallia* differt. Habitu diverſo gaudent ſpecies Dickſoniae l. firmiori l. laxiori. Hae *Aſpidiis* facie ſimillimae.

*Cyathea.* Praeſentia induſii globoſi ſuperne rumpentis Soros calicis in modum foventis ab *Aſpidio* diſtinctiſſimum genus, cum quo habitu et

ſoris alias convenit, excepto receptaculo columnari, cui adſident capſulae in *Cyatheis*.

*Trichomanes* et

*Hymenophyllum*. Genera maxime adfinia, habitu membranaceo plerisque ſubdiaphano et ſitu fructificationum terminali l. ſubaxillari, induſiorum vero figura discrepant, monophylla l. bivalvi. Numeroſus ſpecierum grex utriusque generis iſtis characteribus diſtinguitur. Occurrunt tamen ſpecies, induſiis urceolatis ore bilamellatis; hinc nexus utriusque generis patet.

*Schizaea*. Habitu nudo quaſi aphyllo ſingularis, appendiculis terminalibus faſciculatis l. ſi mavis ſpicis, facillime diſtinguenda. Capſulae ſeſſiles ut in plerisque Rimatis, in ſeries diſtributae — prima aetate marginibus appendiculi inflexis induſiatae.

*Lygodium*. Totum genus volubile et ſcandens. Spicillae fructiferae duplici modo in variis ſpeciebus prodeunt, aut in margine pinnarum ſeſſiles, aut in apice frondis paniculam dichotomam referentes. Capſulae ſolitariae intra ſquamas unilaterales, induſiorum vices praebentes, latent, praecedentis conſimiles, ſtriis concentricis ſ. gyro

ſpurio, vertice notatae, latere interiore longitudinaliter hiantes.

*Anemia.* Habitus *Oſmundae*, at Capſulae ſeſſiles et *ſuperne* concentrice ſtriatae ut in *Schizaea*. Diſcedit vero ſitu earum non ſeriali ſed ſparſo in ſpicillis compoſitis pedunculo proprio elevatis et abſentia induſii.

*Mohria.* Genus ab *Oſmundis* diverſum Capſulis ſeſſilibus marginalibus concentrice ſtriatis et induſiis e crenulis frondis inflexis. Inter filices Rimatas idem eſt ac *Cheilanthes* in coetu Gyratarum.

*Oſmunda.* Capſulae pedicellatae, ſemibivalves, in frondibus diverſis totis l. ſupra partem ipſius faſciculatim confertae, veſtigio gyri *dorſo* notatae.

*Todea.* Speciem dorſiferam Acroſtichi plane refert, ſed Capſulae illis quae Osmundis ſunt, perfecte ſimiles, medio dehiſcentes absque gyro diſtincto. Minime tamen faſciculatim naſcuntur, ſed venas transverſales ſubparallelas ſubſeſſiles diſtinctae inſident, aetate ſaepe confluentes.

*Mertenſia* et

*Gleichenia.* Conveniunt habitu dichotome ramoſo, divaricato, ſoris *Polypodium* referentibus. Differunt tamen inter ſe reſpectu Capſularum qua-

rum illius numerosiores, subannulatae sed regulariter dehiscentes soros subrotundos in superficie frondis sparsos formant; hujus ternae l. quaternae contiguae, vertice striatulae, frondi semiimmersae, capsulam tricoccam trilocularem mentiuntur, sed seorsim elabuntur foveolam apertam fundo semitrilocularem relinquentes.

*Angiopteris.* Serie duplici sibi invicem transverse contiguae sessilesque lineam submarginalem continuam constituunt Capsulae, dorso affixae, superne longitudinaliter hiantes, ad latera utrinque striatae.

*Danaea* et

*Marattia.* Omnium filicum quam maxime peculiaria genera, valde affinia sed distinctissima sunt. Illius Capsulae oblongo-lineares frondi immersae loculos semper apertos habent; hujus vero ovatae, sparsae superficiei frondis insident, marginibus longitudinaliter superne conniventibus, initio clausae, demum dehiscentes; bipartibiles.

*Bina* ex *Valvatis* genera: *Botrychium* et *Ophioglossum* cohortem Filicum numerosissimam claudunt, licet in non paucis ab iis differre videantur. Vernationem circinalem filicibus solitam, quaque etiam *Danaea* et *Marattia* gaudent, eis

esse valde dubito. Fructificatione quidem Osmundis proxima; Capsulae vero non longitudinaliter sed transverse Valvulis duabus regulariter secedunt.

## *Lycopodineae.*

Vegetabilia hoc nomine insignita a Filicibus sicut et a Muscis ordine naturali distincta esse verisimillimum videtur. Conferantur habitus, modus fructificationis et quae sunt reliqua et differentiae satis conspicuae sese offerent. Dillenius, Linnaeus et Hallerus ad Muscos retulerunt, sed de partibus fructificationi inservientibus non omnibus eadem fuit sententia. Organa illa farinifera axillaria pro floribus masculis habuerunt, quae foemineorum negotio dedicata esse alii existimarunt. In sane opinionem a Koelreutero receptam, Jussiaeus abiens, familiae Muscorum sub titulo Muscorum spuriorum Lycopodium inseruit, nihil tamen pro certo de illo statuens. Schreberus demum hoc genus cum aliis e coetu Cryptogamarum charactere fructificationis variae, qua et inter se et a ceteris ordinibus ejusdem Classis differunt, *Miscellaneas* denominavit, quasi discrepantes et familiam naturalem minime constituentes. Hoc interea genus sive

*Lycopodium* Linnaei, quod non appofite inter filices locum tenet (ut autumarunt Hoffmannus, Bernhardi et olim, quamvis haefitatione, ego ipfe), fructificationibus ad axillas ipforum foliorum l. fquamarum in fpicas oblongas imbricatas digeftarum feffilibus, ut plurimum bivalvibus, rarius trivalvibus, partim fariniferis, partim feminibus diftinctis repletis, notabile eft. Quod organa ifta diverfa differentiam fexus indigitarent negant experimenta, quae Lindfay et Fox inftituere. Hic prolem numerofam vegetantem e farina *Lycopodii cernui*, alter a *Lycopodii felaginis* obtinuit. Partes igitur femineas feminibus veris foetas iftas effe quas flores mafculos perperam nuncuparunt alii, haud dubitare poffumus. Latet interim cui ufui funt organa reliqua feminifera in quibusdam fpeciebus detecta. Hoc dies forte revelabit. Quidquid fit, ordinem diftinctam pone Filices conftituere fic dicta *Lycopodia*, (bivalvibus forma Capfularum alias proxima) forfitan extra aleam ponendum fit. Ejusdem effe opinionis fefe nuper confeffi funt b. Michauxius et Cl. Palifot Beauvois, qui ultimus in prodromo fuo familiarum Aethiogamiae de Mufcis et Lycopodiis docte differens, novam diftributionem hujus generis in plura propofuit. Atta-

men, ratione ejusdem dispositionis non plane convictus, ob cognitionem fructificationis hucusque desideratam plurium specierum allatarum, junctas, *Psiloti* et *Tmesipteridis* exceptis, sub nomine generico Lycopodii, subdivisionibus tamen comprehensas, adhuc retinere malui.

Haec sunt, quae in antecessu breviter monere necessarium duxi. Sequuntur characteres generici et specifici omnium Filicum, tam earum quas in scriptis Botanicorum memoratas reperi, quam multarum aliarum, ante hac vix cognitarum; adjectis citatisque Synonymis et Iconibus selectis exstantibus, nec non locis, ubi eas producit natura. Plerasque ex autopsia ordinavi, signo (†) eis tantum indicatis, quas mihimet ipsi in natura videre non licuit, tamen ex auctoritate aliorum contestatas determinare conavi. Quamplurimas demum obscuras sollicite apud scriptores collectas, quas extricare nequivi, sub unoquoque genere, eodem ordine servato ad futuram inquisitionem allegavi.

Species vero plane novae l. minus cognitae l. dubiis vexatae, descriptionibus non paucis et figuris diligenter exaratis illustratae, ut antea pollicitus sum, ad calcem sistuntur.

Hofce meos pro fcientia amabili promovenda conatus atque labores fi candidi eorundem aeftimatores aequi bonique confulant, erit ifthoc mihi fummum operae pretium et praemium gratiffimum.

Interea, non intermittere fas mihi fuerit, quin grata commemoratione profitear amicos aeftumatiffimos D. D. Weber et Mohr, quorum eximia in partibus Rei herbariae cognitio eft praeclariffima, et commentationibus folidis et elaboratione Indicis fpecierum et fynonymorum, quae in majorem utilitatem operis ad finem fequitur, nec non cura hujus opufculi impreffionis e peculiari humanitate, in eis fufcepta, maximi mihi adtuliffe adjumenti.

Ex Mufeo Holmiae d. 20. Nov. 1805.

---

Pauciffima, quae, concedente optimo Swartzio, ipfi in manufcripto mutavimus vel obfervavimus, uncis inclufa et litt. W. M. infignita curavimus, ne lector forte, quae ex incuria noftra minus accurata fint, amico noftro fincerrimo, acutiffimo in vitium vertat.

Weber. Mohr.

# Conſpectus Ordinis Naturalis Filicum.

| | | |
|---|---|---|
| Gyratae Soris | Nudis | Acroſtichum, Meniſcium, Hemionitis, Grammitis, Taenitis, Polypodium. |
| | Induſiatis | Aſpidium, Aſplenium, Caenopteris, Scolopendrium, Diplazium, Lonchitis, Pteris, Vittaria, Onoclea, Blechnum, Woodwardia, Lindſaea, Adiantum, Cheilanthes, Davallia, Dickſonia, Cyathea, Trichomanes, Hymenophyllum. |
| Spurie Gyratae Capſulis | Rimatis | Schizaea, Lygodium, Anemia, Mohria, Osmunda, Todea, Mertenſia, Gleichenia, Angiopteris. |
| Agyratae Capſulis | Multilocularibus | Marattia, Danaea. |
| | Bivalvibus | Botrychium, Ophiogloſſum. |

# Charactéres Generum.

## A. Filices Gyratae.

Capſulis (Sporangia Hedw.) unilocularibus, *gyro* (annulus alior., Symplokium Hedw., anellus Pal. Beauv.) articulato elaſtico cinctis, irregulariter rumpentibus — praedita.

*Capſulae ſparſae aut aggregatae.*

* Soris nudis.

1. Acroſtichum.
*Sori* amorphi, ſeu Capſulae per totam paginam inferiorem frondis l. ad partem ejus, ſparſae.

2. Meniſcium.
*Sori* lunulati ſubparalleli venis frondis interjecti.

3. Hemionitis.
*Sori* lineares, dichotomi reticulatique.

4. Grammitis.
*Sori* lineares, recti, ſparſi.

5. Taenitis.
*Sori* lineares, longitudinales, continui, inter coſtam et marginem utrinque ſolitarii, paralleli.

6. Polypodium.
*Sori* ſubrotundi, ſparſi.

** Soris Induſio (Involucrum *Smith.* Tegumentum *Cavanill.* Periſporangium *Hedw.*) vario modo velatis.

7. Aſpidium.
*Sori* ſubrotundi, ſparſi.
*Induſio* umbilicato l. dimidiato tecti.

8. Afplenium.
*Sori* lineares, recti, fparfi.
*Indufio* laterali, *interius* dehifcente.

9. Caenopteris.
*Sori* lineares, fubmarginales.
*Indufio* laterali *exterius* dehifcente.

10. Scolopendrium.
*Sori* lineares, gemini, fparfi.
*Indufiis* fuperficiariis oppofitis fibi invicem incumbentibus.

11. Diplazium.
*Sori* lineares fparfi, gemini ab eadem vena frondis orti, fimplices l. ramofi.
*Indufiis* geminis e vena inter foros, utrinque exterius dehifcentibus.

12. Lonchitis.
*Sori* lunulati finubus frondis fubjecti.
*Indufio* e margine frondis inflexo, *interius* dehifcente.

13. Pteris.
*Sori* lineares, continui, marginales.
*Indufio* e margine frondis inflexo, *interius* dehifcente.

14. Vittaria.
*Sori* lineares continui longitudinales per difcum l. ad marginem frondis.
*Indufio* duplici continuo, altero *exterius*, alio *interius* dehifcente.

15. Onoclea.
*Sori* amorphi, dorfum totum pinnarum frondis diverfae occupantes.
*Indufio* e margine membranaceo frondis revoluto continuo l. interrupto, *interius* dehifcente.

16. Blechnum.
*Sori* lineares, longitudinales, continui, coſtae frondis utrinque paralleli, ſolitarii.
*Induſio* ſuperficiario continuo; *interius* dehiſcente.

17. Woodwardia.
*Sori* oblongi, diſtincti, ad coſtam approximati.
*Induſiis* ſuperficiariis fornicatis, *interius* dehiſcentibus.

18. Lindſaea.
*Sori* lineares continui ſubmarginales.
*Induſio* ſuperficiario continuo, *exterius* dehiſcente.

19. Adiantum.
*Sori* punctiformes et lineares, diſcreti, marginales, innati
*Induſiis* membranaceis e margine ortis replicatis, *interius* dehiſcentibus.

20. Cheilanthes.
*Sori* punctiformes, discreti, marginales, tecti
*Induſiis* e ſquamis membranaceis diſtinctis, *interius* dehiſcentibus l. e crenulis marginis ipſius replicatis.

21. Davallia.
*Sori* punctiformes, ſubterminali-marginales diſtincti.
*Induſiis* ſuperficiariis ſubcucullatis diſtinctis, exterius et verticaliter dehiſcentibus.

22. Dickſonia.
*Sori* punctiformes, marginales ſubrotundi-diſtinctis.
*Induſio* duplici, altero ſuperficiario, *exterius* dehiſcente; alio e margine frondis inflexo *interius* dehiſcente.

23. Cyathea.
*Sori* punctiformes, ſparſi, receptaculo columnari centrali, intra
*Induſium* calyciforme, ſuperne dehiſcens.

24. **Trichomanes.**

*Sori* marginales, ſubexſerti, capſulis columnulae ſetiformi adſidentibus, intra

*Induſium* monophyllum, urceolatum.

25. **Hymenophyllum.**

*Sori* marginales, ſubexſerti, capſulis columnulae ſetiformi inſertis, intra

*Induſium* bivalve.

---

## B. Spurie Gyratae ſ. Rimatae.

Capſulis unilocularibus diſtinctioribus, absque gyro diſtincto, medio *rima* longitudinali altero latere dehiſcentibus.

26. **Schizaea.**

Capſulae in dorſo appendiculorum frondis confertae, ſeſſiles.

*Induſio* e margine appendic. inflexo, continuo.

27. **Lygodium.**

Capſulae ſolitariae intra ſquamas imbricatas diſtichas ſpicarum marginalium aut terminalium frondis ſeſſiles.

28. **Mohria.**

Capſulae ad margines frondis diverſae, diſtinctae, ſeſſiles.

*Induſiis* e crenulis marginalibus inflexis.

29. **Anemia.**

Capſulae ramis ſpicae compoſitae confertim inſidentes, ſeſſiles, nudae.

30. **Osmunda.**

Capſulae in pinnis fructiferis frondis racemiformibus confertae, pedicellatae, nudae.

31. **Todea.**

Capſulae venis transverſalibus ſubparallelis frondis inſidentes, ſubſeſſiles, nudae.

32. **Mertenſia.**

Capſulae ſeſſiles in ſoris ſubrotundis ſuperficialibus ſparſis, nudis.

33. **Gleichenia.**

Capſulae ternae aut quaternae confertae, foveola hemiſphaerica pinnularum frondis ſubimmerſae, ſeſſiles.

34. **Angiopteris.**

Capſulae ſeſſiles, nudae, transverſim duplici ſerie collocatae, in areolis parallelis ad ſe invicem approximatis, lineam longitudinalem prope marginem frondis formantibus.

---

## C. Agyratae.

Capſulis gyro carentibus.

* multilocularibus.

35. **Marattia.**

Capſulae ovales, ſparſae, initio clauſae, demum *loculis* duplici ſerie ſuperne hiantibus, bipartibiles.

36. **Danaea.**

Capſulae oblongo-lineares, transverſales, parallelae, frondi immerſae, loculis duplici ſerie ſuperne dehiſcentibus.

** bivalvibus.

37. Botrychium.

Capſulae diſtinctae, adnatae, in racemum congeſtae, uniloculares, transverſim dehiſcentes.

38. Ophiogloſſum.

Capſulae in ſpicam ſubarticulatam diſticham connatae, uniloculares, transverſim dehiſcentes.

# Species Filicum.

## A. Gyratae.

### 1. *Acrostichum* Linn.

*Char.* *Capsulae* sparsae, discum totum inferiorem frondis (interdum diversae) l. ad partem ejus, occupantes.
*Indusium* nullum.

*Species.*

* fronde indivisa.

1. A. citrifolium, frondibus lanceolato-ovatis integris venosis subsessilibus; surculo radicante. Linn.
*Hemionitis parasitica* Linn.
Plum. filic. tab. 116.
Martinica.

2. A. longifolium, frondibus lineari-lanceolatis integris marginatis, fertilibus spiraliter convolutis.
† *Jacq.* Coll. 2. p. 105.
Plum. fil. t. 135.
Martinica.

3. A. latifolium, frondibus marginatis integris, sterilibus lato-lanceolatis, fertilibus ovato-lanceolatis.
Sw. Flor. Ind. occid. p. 1589.
Jamaica.

4. A. conforme, frondibus immarginatis integris ovato-lanceolatis, fertilibus conformibus, ſurculo radicante ſcarioſo-ſquamoſo.
Tab. noſtr. I. fig. 1.
Inſula St. Helenae. Promont. b. ſpei.

5. A. ſimplex, frondibus integris, ſterilibus lanceolatis acuminatis, fertilibus lineari-lanceolatis. Flor. Ind. occ. p. 1587.
Jamaica.

6. A. viſcoſum, frondibus integris, ſterilibus lineari-lanceolatis, ſtipitibus elongatis coſtaque ſquamuloſo-viſcidis, fertilibus linearibus ſubtus villoſis. Flor. Ind. occ. p. 1588. (A. petiolatum.)
India occid. et oriental.

7. A. villoſum, frondibus lato-lanceolatis ſubcrenulatis utrinque villoſis. Flor. Ind. occ. p. 1592. Plum. fil. t. 127. D. Lamarck illuſtr. t. 865. f. 4.
Jamaica, Hiſpaniola.

8. A. muſcoſum, frondibus ſquamoſis, ſterilibus ovato-lanceolatis obtuſis, fertilibus lineari-lanceolatis. Flor. Ind. occ. p. 1591.
Jamaica.

9. A. ſquamoſum, frondibus lineari-lanceolatis utrinque ſtipitibusque paleaceo-ſquamoſis, paleis ciliatis.
Jamaica, Madera.

10. A. ſpatulatum, frondibus oblongis obtuſis ſtipitique rigido-piloſis, fertilibus longius ſtipitatis, ſpatulatis apice emarginatis. *Bory de St. Vincent.* †
*Bory St. Vincent* Voyage aux 4 iles princ. des mers d'Afrique Tom. I. p. 363. Tab. 20. fig. 1.
Inſula Borboniae.

11. A. hybridum, frondibus ſterilibus ovato-oblongis linearique lanceolatis margine nervisque crinitis, fertilibus minoribus glabris; ſtipitibus longiſſimis ſquamoſis. †
*Bory de St. Vincent.* l. c. 3. p. 96.
Borboniae rupes.

12. A. crinitum, frondibus lato-ovatis obtuſis hirſutis, ſupra crinitis. † Linn.
Plum. fil. t. 125.
Martinica.

13. A. ſquamatum, frondibus oblongis, fertilibus brevioribus, ſubtus ſtipitibusque ſquamoſis. † *Cavanill.* prael. 1801. n. 580.
Rupes Obragillo Peruviae.

14. A. fimbriatum, frondibus lanceolatis fimbriatis, ſtipitibus ſetoſis. † Cavan. anal. de hiſt. nat. 1. p. 102.
Umbroſ. mont. Regn. Quitenſis.

15. A. reptans, frondibus ſterilibus ovato-acutis ciliatis, fertilibus linearibus, ſtipitibus breviſſimis; ſurculo filiforme reptante. † *Cavanill.* prael. 1801. n. 581.
Quayaquil Amer. merid.

16. A. axillare, caulescens ſub-5-pedale, frondibus ſterilibus lanceolatis, fertilibus linearibus ſtipitatis, ad ſteriles ſubaxillaribus. † *Cavan.* prael. 1801. n. 582.
Inſulae Luzonicae.

** fronde diviſa.

17. A. peltatum, frondibus ſterilibus apice dichotomo-radiatis, laciniis linearibus, fertilibus reniformibus crenulatis. Flor. Ind. occ. p. 1593.
*Osmunda peltata* Sw. prodr.

Plum. fil. t. 50. A. (Schkuhr. Cr. Gew. t. 12. ex *Plum.* — W. M.)
Jamaica, Hiſpaniola.

18. A. biforme, frondibus lineari-dichotomis pendulis, laciniis ſterilibus linearibus, fertilibus reniformibus integris: primordiali magno erecto oblongo ſublobato.
*Osmunda coronaria* Müller.
Naturforſcher 21. St. p. 107. t. 3.
India orientali.

19. A. alcicorne, frondibus palmatis erectis, laciniis dichotomis lanceolatis obtuſis verſus apices fructiferis: primordialibus reniformibus lobatis venoſis.
*Neuroplatyceron.* Pluk. Amalth. t. 429. fig. 2. (Schkuhr. l. c. t. 2. ex *Pluk.* — W. M.)
*Acroſtichum bifurcatum.* *Cav.* prael. 1801. n. 587.
*A. Stemmaria* Commerçon.
P. Beauvois flor. d'Oware et de Benin 1. 2. tab. 2.
Africa. (Owaria, Sierra Leone.) Nov. Hollandia.

*** fronde pinnata.

20. A. quercifolium, frondibus diſtinctis ternatis, ſterilium foliolis terminalibus ovatis inciſis, lateralibus trilobis, fructificantium linearibus ſubrepandis.
*Retz.* obſ. bot. 6. p. 39. Vahl ſymb.
*Ophiogloſſum Zeylanicum.* Houytt. N. h. 2. t. 94. fig. 1.
*Osmunda trifida.* *Jacq.* Coll. 3. t. 20. fig. 3.
Schkuhr crypt. Gew. t. 3.

21. A. bifurcatum, frondibus diſtinctis, ſterilium pinnis lineari-dichotomis, fertilium ovatis bifidis ſimplicibusque. *Osmunda bifurcata* Jacq. Coll. 3. t. 20. fig. 2.

Pluk. ph. t. 350. fig. 4. Schkuhr. cryptogam. Gew. tab. 2.

22. A. auritum, frondibus distinctis ternatis; steril. foliolis pinnatifidis medio majori, lateralium laciniis baseos deorsum elongatis; fructificantium bipinnatis linearibus. *Filix florida* Rumph.
Herb. Amboin. 6. p. 78. ic. t. 35. f. 1.
Java.

23. A. lineatum, frondibus pinnatis, pinnis lineari-acuminatis. † *Cavan.* prael. 1801. n. 589.
Ad fretum Nootka. Amer. sept.

24. A. aureum, frondibus pinnatis, pinnis linguaeformibus glabris. Linn.
Plum. fil. t. 104. Pluk. alm. t. 288. f. 2. Schkuhr. crypt. Gew. t. 1. et t. 3. b.
India occidentali.

25. A. punctulatum, frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integris supra punctatis, infimis auriculatis, terminalibus basi coadunatis. Linn. suppl.
*Acrostichum auritum.* Lamarck Encycl.
Insula St. Mauritii.

26. A. nicotianaefolium, frondibus pinnatis, pinnis sterilibus ellipticis apice attenuatis, fertilibus oppositis ovato-lanceolatis minoribus.
Insula St. Thomae.

27. A. trifoliatum, frondibus pinnatis, pinnis ternatis lanceolatis. Linn.
Plum. fil. t. 144. Schkuhr. crypt. Gew. t. 3. 22. (foliol.)
Jamaica.

28. A. alienum, frondibus distinctis, pinnis incisis, superioribus coadunatis decurrentibus infimis semipinnatifidis. Flor. Ind. occid. p. 1595.

Plum. fil. t. 110.
Jamaica, Martinica.

29. A. ſinuatum, frondibus pinnatis enſiformibus pinnis ovatis ſemipinnatifidis coriaceis, ſubtus imbricato-ſquamoſis. *Lagaſca.*
Peruvia.

**** fronde ſubbipinnata.

30. A. cervinum, frondibus diſtinctis, ſterilibus pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis integerrimis, fertilibus bipinnatis, pinnis linearibus; pinnulis coadunatis oblongis.
*Osmunda cervina.* Linn.
Plum. fil. t. 154.
India occidentali, Jamaica.

31. A. cruciatum, pinnis oppoſitis lanceolatis, infimis cruciatim appendiculatis. † Linn.
Plum. fil. t. 48. B.
Hiſpaniola. Inſ. Borboniae.

32. A. Marantae, pinnulis coadunatis inferioribus pinnatifidis, ſubtus imbricato-paleaceis. Linn.
Lonchitis altera maranthae. Cluſ. h. 2. 212.
Sturm. Deutſch. Fl. II. 6. Schkuhr. l. c. t. 4.
Spreng. Einl. t. 2. f. 18.
Europa.

33 A. velleum, frondibus bipinnatis lanuginoſis, pinnulis diſtinctis ovatis ſubcordatis obtuſis. Ait. Hort. Kew. 3. p. 457.
*Acroſtichum lanuginoſum.* Pluk. alm. 281. fig. 4.
Barrel. t. 857. 858. Desfont. fl. atlant. 2. 400. t. 256.
Schkuhr. l. c. t. 1. ex Desf.
Hiſpania, Valencia, Madera.

34. A. caudatum, frondibus 2pinnatis, pinnulis inferioribus pinnatifidis, laciniis terminalibus lineari-caudatis. † Cavan. prael. 1801. n. 592.
Panama.

35. A. fulphureum, frondibus 2pinnatis, pinnis 2pinnatifidis, laciniis cuneatis retufis, apice ferratis.
Fl. Ind. occ. p. 1597.
Schkuhr. l. c. t. 4.
Jamaica.

36. A. calomelanos, frondibus 2pinnatis, pinnis apice attenuatis, pinnulis lanceolatis inciso-ferratis, inferioribus furfum bafi auritis. Linn.

Plum. fil. t. 40. Pluk. phyt. t. 124. f. 4. Sloan. h. 1. t. 30. f. 2.

(Willd. hort. Berol. t. 41. Schkuhr. l. c. t. 5. — W. M.)

Hujus junior planta eft

*Acrostichum ebeneum*, frondibus pinnatis, pinnis feffilibus oblongis finuatis, fummis breviffimis integerrimis. Linn. Sloan. h. 1. 92. t. 53. f. 1.

Jamaica et Hifpaniola. Infula Borboniae.

37. A. tartareum, frondibus 2pinnatis, pinnulis fubcoadunatis oblongis obtufis, infimis bafi obfolete incifis, fupra margineque fubcrenulato revoluto ftriatis, fubtus albido-farinofis. Cavanill. prael. 1801. n. 591.
Chili, Peru, Jamaica.

38. A. chryfophyllum, frondibus 2pinnatis, pinnis lanceolatis, pinnulis approximatis feffilibus obovatis incifis ftriatis lucidis, fuperioribus coadunatis fubtus flavicantibus. Flor. Ind. occ. p. 1598.

Plum. fil. t. 44.
Insulae antillicae.

39. A. scariosum, frondibus 2pinnatis, pinnulis subrotundis, squamis scariosis obtectis.
*Acrostichum lanuginosum.* Willd. schrift. Ac. Erf. 1802. t. 3. f. 4.
Mexico.

40. A. flavens, frondibus decompositis, foliolis bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis subtus flavicanti-farinosis. Cavan.
America meridional.

41. A. albidulum, frondibus decompositis, foliolis subbipinnatis, pinnulis ovato-subrotundis, subtus albido-farinosis. Cavan.
Tab. nostra 1. fig. 2.
America meridionalis.

## *Inquirenda.*

* fronde simplici.

*Lingua* cervina villosa major et rufescens.
Plum. fil. t. 126.

*Lingua* cervina angustifolia.
Plum. fil. t. 129.

*Lingua* cervina villis et squamulis aureis muscosa.
Plum. fil. t. 139.

*Polypodium* phyllitis primum Kamel.
Petiv. Gazoph. t. 61. f. 4.

*Polypodium* phyllitis alterum Kamel.
Petiv. gaz. t. 68. f. 8.

*Asplenium* philippense foliis aduncis.
Ibid. t. 14. f. 1.

** fronde diviſa.

*Acroſtichum alcicorne*, frondibus cuneiformibus lobatis, lobis dichotomis. Willemet apud Uſter. Ann. 18. p. 61.
Madagaſcar.

*** fronde pinnatifida.

Polypodium fuſcum tenuiſſimis denticulis ſerratum.
Plum. fil. t. 87.
Welli-panna-kelengu-Maravara.
Rheed. hort. mal. V. 12. t. 13. 12.

**** fronde triphylla.

Polypodium triphyllum Kamel.
Petiv. gazoph. t. 63. f. 9.

***** fronde pinnata.

Lingua cervina ſcandens Citri folii major.
Plum. fil. t. 115.
Aſplenium cubitale Kamel.
Petiv. gaz. t. 47. f. 9.
Ceterach Luzonica ſcandens Kam.
Ibid. t. 49. f. 4.
Ceterach Luzonica, pinnis alternis glabris. An Acroſt. aureum?
Ibid. t. 49. f. 5.
Polypodium parvum arb. Zapott. Kamel.
Ibid. t. 61. f. 5.
Filix pumila americana incana et lanuginoſa Amman.
Comm. petrop. X. p. 300. t. 22. f. 1.
Buenos Ayres.

****** fronde bi-tripinnata.

*Acroſtichum filare*, fronde bipinnata, ſtipite piloſo, pinnis alternis primariis remotis pinnatis, ſecundariis erectis confluentibus linearibus apice filari dentatis. Forſkal fl. aeg. arab. p. 184.
Yemen.

*Acroſtichum ſubcordatum*, foliis 2pinnatis ſubtus paleaceis hirſutiſſimis, foliolis ſubcordatis. Cavan. in Anal. h. n. 4. p. 97. Affine l. ſynon. A. *vellei*. v. ſupra.
Umbroſa Teneriffae.

*Acroſtichum tenue*, pinnulis oblongis pinnatifidis, laciniis obovatis apice crenatis. *Retz*. obſ. 6. 39. an a *Cheilantho tenuifolio* diverſum?
Siam, Malacca.

Filix pinnulis undoſis et pediculis ſquamoſis.
Plum. fil. t. 49.

Filix ſcandens, pinnis eleganter ſerratis.
Ibid. t. 32.

Filix aurea naicenſis Kamel.
Petiv. gaz. t. 61. f. 3.

Filicula nigra, laciniis acuminatis.
Plum. fil. t. 50. C.

******* fronde ſupradecompoſita.

Filix aurea ramoſa crenulis rotundis.
Plum. fil. t. 33.

*Incerti ſedis.*

Polypodium minimum Kamel.
Petiv. gaz. t. 61. f. 2.

Avenca minor.
Marcgr. hiſt. pl. braſ. 1. p. 23.

## 2. *Meniſcium* Schreb.

*Char.* *Capſulae* in lineolis lunulatis ſubparallelis venis frondis transverſe interjectis.
*Induſia* nulla.

### *Species.*

1. M. triphyllum, frondibus trifoliatis.
Spreng. Anleit. 3. p. 84. f. 20.
India orientalis, China.

2. M. reticulatum, frondibus pinnatis.
*Polypodium reticulatum L.*
Plum. fil. t. 110.?
(Schkuhr. l. c. t. 5. — W. M.)
India occidentali.

3. M. proliferum, fronde pinnata axillis pinnarum proliferis, pinnis lanceolatis crenatis.
*Hemionitis prolifera. Retz.* faſc. VI. p. 38.
India orientali.

### *Inquirenda.*

*Meniſcium criſtatum,* frondibus pinnatis, pinnis ſuboppoſitis, lanceolato-acuminatis, inferioribus pinnatifidis, laciniis obtuſis denticulatis. Lamarck enc. 4. p. 94.
Vix hujus generis!
Martinica.

*Meniſcium ſerratum,* frondibus pinnatis, pinnulis lanceolatis alternis ſerratis. Cavan. prael. 1803. p. 548.
Cuba.

*Meniſcium* . . . . *Richard* act. ſ. d'hiſt. nat. Paris. I. p. 114.
Cayenna.

## 3. *Hemionitis* Linn.

**Char.** *Capſulae* in lineis decuſſatis dichotomis reticulatisve.
*Induſia* nulla.

### *Species.*

* fronde ſimplici.

1. H. lanceolata, frondibus lanceolatis integris Linn. Schkuhr. Crypt Gew. t. 6.
Jamaica, Hiſpaniola, (Guadeloupe. — W. M.)

2. H. reticulata, frondibus ellipticis ſubfalcatis integris. Forſt. prodr. n.
*Hemionitis plantaginea.* Cavan. prael. 1801. n. 643. Schkuhr. l. c. t. 6. (Spreng. Einl. t. 3. f. 19. — W. M.)
Societatis inſulae. Inſulae Luzonicae.

3. H. ſeſſilifolia, frondibus lanceolatis ſeſſilibus, apice attenuato elongato. † Cavan. l. c. n. 644.
Inſula Mauban.

4. H. palmata, frondibus palmatis hirſutis. Linn. Plum. fil. 151. Pluk. ph. 291. 4. Lamarck illuſt. 868. 2.
Jamaica.

** fronde compoſita.

5. H. pedata, frondibus pedatis, foliolis pinnatifidis. Tab. noſtr. I. f. 3.

6. H. rufa, frondibus pinnatis, pinnis oblongis ſubintegris pubeſcentibus.
*Pteris rufa.* *Linn.* ſp. pl. 1.
*Acroſtichum rufum.* *Linn.* ſp. pl. 2.
*Aſplenium tomentoſum.* *Lamarck* encycl.

Afplenium. Brown. jam. 93. 10.
Sloan. hift. I. t. 45. f. 1. Schkuhr. Cr. Gew. I. tab. 17 et 21.
Jamaica, Brafilia.

7. H. acroftichoides, frondibus pinnatis diftinctis, pinnis lato-lanceolatis, undulato-crenatis apice attenuatis; foris confluentibus. Afzelius.
Sierra Leone Africes.

8. H. japonica, frondibus bipinnatis, pinnulis lato-lanceolatis integris. Thunb. fl. japon. p.
(Thunb. Ic. japon. dec. 6. — W. M.)
Japonia.

*Inquirendae.*

*Hemionitis rigida*, frondibus cuneatis apice truncatis inaequaliter laciniatis. Cavan. l. c. n. 642.
Inf. Mauban. an Diplazium?

*Hemionitis elongata*, frondibus lineari-lanceolatis fubfeffilibus, lin. fruct. confluentibus. Cav. l. c. n. 645.
Inf. Porto Rico. an Diplazium?

*Lingua Cervina*, anguftifolia et reticulata.
Plum. fil. t. 127. f. C. Schkuhr. l. c. t. 18. ex *Plum.*
Inf. Vincentii. — Videtur a Hem. lanceolata diverfa.

## 4. *Grammitis.*

*Char.* *Capfulae* in lineolis rectis, fparfis.
*Indufia* nulla.
Origo vocis a γραμμα, linea.

*Species.*

1. G. linearis, frondibus linearibus acuminatis integris ftipitibus hifpidis.
*Polypodium gramineum.* Flor. Ind. occ. p. 1629.
*Afplenium anguftifolium.* Jacq. Coll. 1. p. 121.

Jacq. ic. rar. Schkuhr. Cr. Gew. t. 7.
Jamaica, America auftralis.

2. G. marginella, frondibus lanceolato-lingulatis fufco-marginatis, ftipitibus breviffimis fubciliatis.
*Polypodium marginellum.* Flor. Ind. occ. p. 1631.
Schkuhr. l. c. t. 7.
Jamaica, Inf. St. Helenae.

3. G. lanceolata, frondibus lanceolatis acuminatis bafi attenuatis, foris coftae contiguis fubobliquis.
*Afplenium plantagineum β.* Lamarck enc.
Tab. noftr. I. f. 4. Lamarck Illuft. t. 867.
Infula franciae.

4. G. elongata, frondibus lineari lanceolatis, foris coftae parallelis.
Schkuhr. l. c. t. 7. (Grammitis lanceolata.) *(Spreng. Anl. t. 3. f. 21. — W. M.)
Jamaica.

5. G. ferrulata, frondibus linearibus dentatis e furculo-radicante.
*Afplenium ferrulatum.* Fl. ind. occ. 1607.
Schkuhr. l. c. t. 7.
Jamaica.

6. G. graminoides, frondibus linearibus fuperne indivifis dichotomisque, lineola fruct. terminali unica.
*Afplenium graminoides.* Flor. ind. occ. 1608.
Tab. noftr. I. fig. 5.
Jamaica.

7. G. myofuroides, frondibus pinnatifidis, lacinulis femiovatis obtufis, fuperioribus in apicem linearem fructiferam coadunatis.
*Polypodium myofuroides.* Fl. ind. occ. p. 1644.
Schkuhr. l. c. t. 7.
Jamaica.

8. G. Ceterach, frondibus pinnatifidis, fubtus paleaceo-fquamofis, laciniis omnibus coadunatis ovatis obtufis, fquamulis integris.
*Afplenium Ceterach L.*
*Scolopendrium Ceterach.* Engl. Bot. t. 1244.
Plum. fil. t. B. f. 3. Sturm. d. fl. II. 6.
Anglia, Hifpania, Gallia, Germania, Helvetia.

9. G. aurea, frondibus fubpinnatis fubtus paleaceo-fquamofis, pinnis oblongis; inferioribus diftinctis oppofitis, fuperior. coadunatis; fquamulis denticulatis.
*Afplenium aureum.* Cavan. prael. 1801. p. 104.
*Afplenium latifolium.* B. de St. Vincent Isles fortunées p. 311. t. VI.
Canariae, Teneriffa.

10. G. cordata, frondibus pinnatis, fubtus paleaceo-fquamofis, pinnis cordatis oblongis crenatis finuato-incifis.
*Acroftichum cordatum.* Thunb. prodr. Cap.
Promont. bonae fpei.

11. G. leptophylla, frondibus pinnatis bipinnatisque glaberrimis, pinnulis cuneiformibus rotundato-lobatis.
*Polypodium leptophyllum L.*
*Polypodium leptophyllum?* Schkuhr. l. c. t. 26.
*Afplenium leptophyllum.* Cavan. in Anales de Cienc. nat. 5. 13. t. 41. f. 3. mala.
Barrel. rar. t. 431. Tab. noftr. 1. f. 6.
Gallia auftralis, Hifpania.

12. G. cheilanthoides, frondibus bipinnatis pilofiufculis, pinnulis cuneatis, inferioribus tripartitis.
Inf. Mauritii.

*Dubia.*

***Polypodium gramineum***, frondibus anguftiffimis fubacutis, fructificationibus folitariis ovatis. Lamarck encycl. Forte *Gr. linearis* fynon., fed frondes apice obtufiufculae.
Terra Magellanica.

***Afplenium fubfeffile***, foliis oblongo-lanceolatis, fubfeffilibus, verfus apicem crenulatis: fructificationum lineis obliquis, nervo contiguis. Cavan. prael. 1801. n. 627.
Inf. Marianae.

## 5. *Taenitis* Willd.

***Char.*** *Capfulae* in linea continua longitudinali inter coftam et margines utrinque.
*Indufium* nullum.

*Species.*

1. T. blechnoides, frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis bafi anguftatis.
*Pteris Blechnoides.* Willd. phyt. I. p. 13. t. IX. f. 2. Schkuhr. Cr. Gew. t. 6. b. (Taenitis pteroides.) Spreng. Anl. 3. fig. 106.
India orientalis.

*Dubia.*

***Blechnum feminudum***, frondibus fimplicibus linearibus apice fructificantibus. Willd. phyt. 1. 13. t. VIII. f. 2.
Guinea. an caret indufio?

## 6. *Polypodium* Linn. *)

*Char.* *Capfulae* in puncta fubrotunda fparfa congeftae absque *Indufio*.

### *Species.*

* fronde fimplici.

1. P. pilofelloides, frondibus integris hirtis, fterilibus ovatis, fertilibus lanceolatis, foris folitariis, furculo radicante. Linn.
   Plum. fil. t. 118.
   India occidentalis.

2. P. adnafcens, frondibus integris, fterilibus ovalibus fubfeffilibus, fertilibus linearibus; foris confertis; furculo reptante radicante.
   Tab. noftr. 2. fig. 2.
   India orientalis.

3. P. lycopodioides, frondibus lanceolatis integris glabris, foris folitariis; furculo fquamofo radicante. Linn.
   Plum. fil. t. 119.
   India occidentalis, Inf. Borboniae.

4. P. ftellatum, frondibus lanceolato-linearibus obtufis integris fubtus incanis, foris folitariis; furculo hirfuto radicante. Vahl. fymb. 3.
   *Polypodium ferpens.* Forft. prodr. n. 435.

*) *Obf.* Appellamus, fecundum *Linnaeum*, foros fructificationum *folitarios*, qui ferie longitudinali ab utroque latere tantum disponuntur; *feriales*, qui transverfim et fimplici ferie inter fingulos nervos transverfales ordinati funt; *fparfos* demum, qui inter fingulos nervos transverfales duobus pluribusque ordinibus digeruntur.

*Polypodium ſtoloniferum.* Gmel. ſyſt. veg.
Schkuhr. Cr. Gew. tab. 8.
Nova Zelandia.

5. P. percuſſum, frondibus lanceolatis integris, acumine producto, glabris, ſubtus ſquamuloſis, ſoris ſolitariis; ſurculo ſquamoſo repente. † Cavan. prael. 1801. p. 243.
Peru, Inſ. Marianae.

6. P. roſtratum, frondibus lanceolatis integris glabris roſtratis; ſoris ſolitariis; ſurculo ſquamoſo repente. † Cavan. l. c. p. 244.
Mons St. Antonii in Quito.

7. P. ſerpens, frondibus integris glabris; ſterilibus ovatis; fertilibus lanceolato-linearibus ſubundulatis: ſoris ſolitariis; ſurculo hirto radicante. Flor. Ind. occid. p. 1633.
Plum. fil. tab. 121.
Hiſpaniola.

8. P. obtuſum, frondibus lineari-ellipticis undulatis pellucidis, ſoris ſolitariis, ſurculo ſubnudo radicante. † Lamarck Enc. 4. p. 510.

9. P. heterophyllum, frondibus inciſo-crenatis glabris, ſterilibus ſubrotundis ſeſſilibus, fertilibus lanceolatis, ſoris ſolitariis; ſurculo radicante. † Linn.
Plum. fil. t. 120.
India occidentalis.

10. P. peltatum, frondibus lineari-lanceolatis, tectis peltis concavis; ſoris ſolitariis. † Cavan. l. c. p. 244.
Inſulae Marianae.

11. P. lanceolatum, frondibus lanceolatis integris glabris l. ſubſquamuloſis rigidis erectis; ſoris ſolitariis. Linn.

Plum. fil. t. 137.
Jamaica.

12. P. ſimplex, frondibus elliptico-lanceolatis integris ſubrepandis erectis glabris; ſoris ſolitariis. Lamarck illuſtr. t. 866. f. 4. (P. lanceolatum.)
Inſ. Borboniae.

13. P. anguſtatum, frondibus lato-lanceolatis apice elongato-attenuatis, ſubtus incano-pubeſcentibus; ſoris ſolitariis.
India orientalis, Trankebar.

14. P. anguſtifolium, frondibus lineari-lanceolatis longiſſimis rigidis margine convexis, ſoris ſolitariis. Flor. Ind. occ. p. 1607.
Jamaica.

15. P. lineare, frondibus lineari-lanceolatis furcatisve glabris, ſoris ſolitariis. Thunb. fl. jap. p. 335. Thunb. Ic. japon. dec. 2.
Japonia.

16. P. multifidum, frondibus lineari-lanceolatis ſimplicibus, bi-trifidisve; ſoris globoſis ſolitariis. † Bory de St. Vincent Voy. 2. p. 193. tab. 20. f. 2.
Borboniae arbores. Nimium affine praeced.

17. P. ſurinamenſe, frondibus linearibus remote ſerrulatis glabris, ſoris ſolitariis. † Jacq. Coll. 3. tab. 21. f. 4.
Surinam.

18. P. platyphyllum, frondibus lato-lanceolatis marginatis, parallele nervoſis coriaceis, ſoris ſerialibus immerſis minimis. † Lamarck Enc. 5. 512.
America?

19. P. craſſifolium, frondibus lato-lanceolatis integris glabris; ſoris ſerialibus. Linn.

Plum. fil. tab. 123.
India occidentalis, Inf. Borboniae.

20. P. immerſum, frondibus oblongo-lanceolatis oblongisve obtuſis baſi acutis, integris glabris; ſoris ſerialibus immerſis. † Vahl. Symb. 3.
India orientalis.

21. P. laevigatum, frondibus lanceolatis acuminatis integris glaberrimis; ſoris ſerialibus confertis. † Cavan. l. c. 245.
America meridionalis.

22. P. longifolium, frondibus lineari-lanceolatis, baſi longiſſime attenuatis, ſubtus canis tomentoſis; ſoris ſerialibus.
Cavan. l. c. p. 245. Hort. R. Matr. I. tab.
Peru prope Tunguragua.

23. P. enerve, frondibus integris ſubrevolutis enerviis glabris, ſterilibus ovatis, fertilibus lanceolatis longioribus; ſoris ſparſis in lineis longitudinalibus parallelis. † Cavan. l. c. p. 245.
Inſulae Marianae.

24. P. irioides, frondibus ampliſſimis enſiformibus integris glabris reticulato-nervoſis; ſoris ſparſis numeroſis minimis. † Lamarck Enc. 5. 513.
Inſula Mauritii.

25. P. lapathifolium, frondibus lanceolato-acuminatis ſubſinuatis mollibus; ſoris ſparſis minimis. † Lamark l. c. 514.
America meridionalis.

26. P. phyllitidis, frondibus lanceolatis integris marginatis; ſoris ſparſis. Linn.
Plum. fil. t. 130.
Jamaica, Inf. Borboniae.

27. P. ensatum, frondibus elliptico-ensiformibus glabris, margine integro repandove; soris sparsis. Thunb.
*Polypodium phyllitis.* Thunb. flor. jap. p. 335.
Japonia.

28. P. repens, frondibus e surculo repente lanceolatis acuminatis integris sublucidis venis flexuosis; soris sparsis. Flor. Ind. occ. p. 1635.
Plum. fil. t. 134.
Jamaica, Cayenne.

29. P. plantagineum, frondibus lanceolato-oblongis integris venosis glabris, soris sparsis. ♃ Jacq.
Jacq. Coll. 2. tab. 3. f. 1. Plum. fil. tab. 128. sec. Jacq.
Martinica.

30. P. acrostichoides, frondibus lineari-lanceolatis subtus incano tomentosis e surculo squamoso radicante; soris confertis. Forst. prodr. n. 434.
*Acrostichum lanceolatum Linn.*
Rheed. mal. XII. t. 74.
Java, Ins. societatis.

31. P. stigmosum, frondibus lanceolato-oblongis acuminatis integris supra punctatis; soris sparsis contiguis tomento ferrugineo involutis; surculo radicante.
Petiv. Gaz. t. 61. f. 3.?
Java.

32. P. lingua, frondibus oblongis obtusis integris glabris, subtus ferrugineo-tomentosis, soris contiguis globosis; surculo radicante.
*Acrostichum lingua.* Thunb. flor. Jap. 330. tab. 33.
Schkuhr. Cr. Gew. tab. I. ex Thunb.
Japonia.

33. P. polycarpon, frondibus lanceolato-oblongis acuminatis integris, fubtus reticulato-venofis; foris fparfis contiguis.
*P. polycarpon.* Cavan. prael. 1801. p. 246.
Inf. Mauritii, America meridionalis.

34. P. lingulatum, frondibus cordato-lingulatis acuminatis integris, fupra punctatis, foris contiguis. ✝
*Acroftichum punctatum Linn.*
China.

35. P. tricufpe, frondibus haftatis, lobo medio lanceolato, foris fparfis tomento incano involutis.
*Acroftichum haftatum.* Thunb. flor. Jap. p. 331. Flor. Japon.
Japonia.

36. P. comofum, frondibus lanceolatis integris glabris apice-multifidis, foris fparfis. ✝ Linn.
Plum. fil. t. 131.
India occidentalis.

37. P. trifurcatum, frondibus lanceolatis glabris repando-finuatis apice trilobis. ✝ Linn.
Plum. fil. t. 138.
India occidentalis.

38. P. trilobum, frondibus profunde tripartitis, lobis lanceolatis ferrulatis, intermedio longiore; foris folitariis. ✝
Cavan. prael. 1801. p. 246.
Talcahuanho Regni Quitenfis.

39. P. haftatum, frondibus oblongis haftato-trilobisve, foris folitariis. Thunb. flor. Jap. p. 335.
(Thunb. Ic. Japon. dec. 3. — W. M.)
Japonia.

40. P. phymatodes, frondibus fimplicibus, lobatis pinnafidisque, laciniis lanceolatis, foris fparfis. Linn.

*P. vario modo divisum obtusum et acutum.* Burm. Zeyl. 196. t. 86.
*P. Scolopendria.* Burm. Ind.
Breyn. Cent. t. 98. f. 1. 2. 3. Pluk. phyt. t. 404. f. 5.
Jacq. icon. rar. Schkuhr. Cr. Gew. tab. 9 et 17.
Inf. Zeylonae, Borboniae, Mauritii.

** fronde pinnatifida.

41. P. ensiforme, frondibus trifidis pinnatifidisque, laciniis linearibus obtusis subserratis; soris solitariis.
Thunb. prodr. p. 172.
*P. triphyllum.* Jacq. Coll. 2. 284. t. 22. f. 4.
Cap. bonae spei.

*42. P. Hemionitis, frondibus sterilibus petiolatis trilobatis, fertilibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis; soris serialibus. †
Cavan. l. c. p. 248.
Inf. Marianae.

43. P. scandens, frondibus pinnatifidis, laciniis linearibus remotis obtusis undulatis, stolonibus paleaceis radicantibus.
Forst. prodr. n. 436.
Schkuhr. l. c. tab. 8.
Inf. maris pacifici.

44. P. leucatomos, frondibus pinnatifidis glabris supra niveo-punctatis, laciniis lanceolatis acutis; soris sparsis. † Lamarck Encycl. 5. 516.
Cayenna.

45. P. pustulatum, frondibus pinnatifidis, laciniis

oblongis acuminatis integris, superioribus sensim minoribus, soris solitariis. Forst. pr. n. 436.
Schkuhr. Cr. Gew. tab. 10.
Ins. maris pacifici.

14. A. bipinnata, fronde bipinnatifida, pinnis lanceolatis laciniis aequalibus ovatis acutis integris, spicis bipinnatis.
*Osmunda bipinnata L.*
Plum. fil. t. 155.
India occidentalis.

15. A. aurita, fronde subbipinnata supra lucida, pinnis trapezio-ovatis denticulatis, superioribus simplicibus inferioribus auritis; spicis compositis, spicillis digitatis.

*Osmunda aurita.* Flor. Ind. occ. p. 1578.
Jamaica.

16. A. verticillata, fronde fupradecompofita, pinnulis diftinctis oblongis acutis ferratis; fpicis verticillatis.
*Osmunda verticillata L.*
Plum. fil. t. 160.
India occidentalis.

17. A. filiculifolia, fronde fupradecompofita, pinnulis pinnatifidis, laciniis obtufis denticulatis; fpicis bipinnatis.
*Osmunda filiculifolia L.*
Plum. fil. t. 161.
India occidentalis.

### *Inquirendum.*

*Filicaftrum* americanum minus, foliis ramofis hirfutis.
Ammann. Comm. Petrop. X. p. 295. t. 19.
Vera Crux, Nova Hifpania.

## 29. *Mohria* *).

(*Adianti spec. Linn. Osmundae sp. Lamarck.*)

***Char.*** *Capsulae* subrotundae, depressae, prope marginem pinnarum frondis diversae, sessiles, distinctae, concentrice striatae, altero latere hiantes.

*Indusium* e margine crenulato loborum inflexo.

### *Species.*

1. Mohria thurifraga.

*Adiantum* (*Polypodium*) *Caffrorum* L.

*Osmunda thurifraga.* Lamarck Encycl. 5. p. 855. Bory de St. Vincent Voy.

*Filicula* geranii arvensis folio et facie aethiopica. Pluk. Mant. p. 77. t. 350. f. 10. (frond. steriles.)

Tab. nostra V.

Insula Borboniae; Promont. bonae spei.

*) Dixi in memoriam Clarissimi Amici D. D. *Mohr* Kiloniensis, qui de plantis Cryptogamicis nec non nova methodo filices distribuendi (*Observationes botanicae*, Kiliae 1803.) optime meritus est.

## 30. *Osmunda* Linn.

(*Struthopteris Bernhard.* *Aphyllocalpa Cavan.*)

*Char.* *Capſulae* pedicellatae, ſubgloboſae, pinnis fructiferis ſpiciformibus frondis (in quibusdam diverſae) confertim inſidentes, gibbo ſtriato dorſo notatae, ſemibivalves.

*Induſium* nullum.

### *Species.*

* frondibus omnibus fructiferis.

1. O. claytoniana, frond. pinnatis ferrugineo-tomentoſis, pinnis pinnatifidis, apice coarctato-fructificantibus. Linn.
Virginia.

2. O. interrupta, frond. pinnatis, glabris? pinnis pinnatifidis intermediis aliquot fructiferis. Michaux flor. bor. amer. 2. p. 273. †
Canada, Penſylvania, Kentucky.

3. O. regalis, frond. bipinnatis, racemo ſupradecompoſito terminatis. Linn.
*Aphyllocalpa regalis.* Cavan. prael. 1802. p. 556.
Plum. fil. t. B. f. 4. Flor. dan. t. 217. Sturm. d. flor. II.
Pluk. phyt. t. 181. f. 4.
Europa, Virginia.

** frondibus fructiferis diſtinctis.

4. O. cinnamomea, frond. bipinnatifidis, ſterilium laciniis pinnularum oblongis; fructiferis lanuginoſis, racemis compoſitis. Linn.
Moriſ. h. III. ſ. 14. t. 4. f. 3.

Pluk. mant. 78. t. 400. f. 1.
Marylandia, Nova Anglia.

5. O. japonica, frondibus bipinnatis, pinnulis cordato-lanceolatis ferratis; fructiferis tripinnatis.
Thunb. flor. jap. p. 330.
*Phyllitis foliis ramofis.* Kämpf Amoen. V. p. 891.
Houtt. n. h. 2. t. 96. f. 1.
Nagafaki Japoniae.

6. O. lancea, frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis ferratis; fructiferis fupradecompofito-ternatis.
Thunb. jap. p. 330.
Houtt. n. h. 2. t. 95. f. 1.
Japonia.

## *Dubia.*

*Osmunda hispanica.* Barrel. ic. rar. 37.
*Osmunda bafilaris.* Spreng. Anl. 3. p. 160.
Forte eadem ac *O. interrupta.*

## 31. *Todea* Willdenow.

(*Acroſtichi ſpec. Linn. Osmundae ſpec. Thunb.*)

*Char.* *Capſulae* ſubgloboſae, (Osmundae) ſubſeſſiles, venis transverſalibus ſubparallelis frondis inſidentes, ſemibivalves.

*Induſium* nullum.

### *Species.*

1. Todea africana.
Willd. in Schrift. der Acad. zu Erfurt 1802. p. 14. t. 3. f. 1. (pinna fructif.)
*Acroſtichum barbarum L.*
*Osmunda barbara.* Thunb. prodr. Cap.
*Osmunda totta.* Schrad. Journ. 1801. I. p. 105.
Pluk. alm. 156. phyt. t. 181. f. 5.
Promontorium bonae ſpei.

32. *Mertensia* Willdenow. in Act. Holm. 1804. p. 165.

(*Acrostichi spec. Linn. Polypodii spec. Thunb.*)

**Char.** *Capsulae* subsessiles, cingulo transversali gyrum mentiente praeditae, semibivalves, in *soris* subrotundis superficialibus sparsis confertae. *Indusium* nullum.

*Species.*

1. M. furcata, stipite dichotomo paleaceo, frondibus pinnatis, pinnis glabris concoloribus obtusiusculis ad stipitem decurrentibus. Willd. in Act. Holm. 1804. p. 166.
*Pteris* frondibus dichotomis. Linn. sp. pl. ed. 1.
*Acrostichum furcatum.* Linn. sp. pl. ed. 2.
*Polypodium furcatum.* Fl. Ind. occ. p. 1679.
Plum. fil. t. 28. amer. t. 20.
Jamaica, Antillae, Caribeae.

2. M. dichotoma, stipite dichotomo nudo, frondibus pinnatis, pinnis glabris subtus glaucis, obtusiusculis. Willd. l. c. p. 167.
*Polypodium dichotomum.* Thunb. jap. p. 338. S. fl. Ind. occid. p. 1681. Forst. prodr. n. 450. escul. n. 49.
*Polypodinm lineare.* Burm. Ind. t. 67. f. 2.
*Filix Calamaria.* Rumph. Amb. 6. t. 38.
Thunb. flor. jap. t. 37.
India occidentalis, Japonia, Amboyna, Zeylona, Nova Zeelandia, Insulae Societatis.

3. M. pectinata, stipite dichotomo nudo, frondibus pinnatis, pinnis glabris concoloribus apice retusis.

Willd. l. c. p. 168. t. 4.
Caracas Amer. meridionalis.

4. M. bifida, ftipite dichotomo nudo fubtomentofo, frondibus pinnatis, pinnis fubtus tomentofis apice truncatis; ad ftipitem decurrentibus. Willd. l. c. p. 168. t. 5. B.
Cum Priori.

5. M. truncata, ftipite dichotomo nudo, frondibus pinnatis, pinnis glabris concoloribus apice truncatis, ad ftipitem per totam dichotomiam decurrentibus. Willd. l. c. 169. t. 5. A. †
Java.

6. M. glauca, ftipite bipartito, frond. bipinnatis bipinnatifidisque fubtus glaucis; pinnis enfiformibus, pinnulis lanceolatis obtufis. Sw. in Act. Holm. 1804. p. 177.
*Polypodium glaucum.* Thunb. flor. jap. p. 338.
Japonia, Jamaica?

7. M. tomentofa, ftipite . . . . rachique paleaceo, frondibus pinnatis, pinnis parallelis linearibus obtufiufculis fubtus villofo-tomentofis. Cavan.
Peruvia.

*Inquirendum.*

*Polypodium quadri-partitum,* fronde quadripartita bipinnata, pinnis pinnatifidis, pinnulis integris acutis; ftipite fquamofo fupra ancipiti. Lamarck Enc. 5. p. 543.
Ad fretum Magellanicum.

33. *Gleichenia.* Smith. Act. Taur. v. 5. p. 419. t. 9. f. 10.

(*Onocleae fpec. Linn.*)

*Char.* *Capfulae* ternae aut quaternae, fubrotundae, feffiles, foveolae haemifphaericae pinnularum femiimmerfae, a bafi ad verticem interne hiantes.
*Indufia* nulla.

*Species.*

1. G. polypodioides, rachibus frondium pinnulisque glabris; capfulis ternis.
*Onoclea polypodioides L.*
Promontorium bonae fpei.

2. G. glauca, rachibus frondium glabris, pinnis approximatis, pinnulis fubtus glaucis; capfulis ternis.
Cavan.

3. G. circinnata, rachibus frondium hirtis pinnulisque fubtus pubefcentibus; capfulis quaternis.
Nova Hollandia, (Sinus Botanices.)

34. *Angiopteris.* Hoffm. Comm. Gott. v. 12. p. 29. t. 5.

(*Polypodii ſpec. Forſt.*)

*Char.* *Capſulae* obovales, ſuperne longitudinaliter hiantes, ſeſſiles, in areolis parallelis transverſim duplici ſerie collocatis, ad ſe invicem approximatis, lineam ſubmarginalem formantibus. *Induſium* nullum.

*Species.*

1. Angiopteris evecta. Hoffm. in Comm. Gotting. v. 12. p. 29. t. 5.
*Polypodium evectum.* Forſt. prodr. n. 438.
*Clementea palmiformis.* Cavan. prael. 1802. n. 1164. Hort. R. Matrit. I. Tab.
Societatis Inſulae, Marianae, (Palapa.)

## C. Agyratae.

35. *Danaea.* Smith. in Act. Taur. v. 5. p. 420. t. 9. f. 11.

(*Aſplenii ſpec. Linn.*)

*Char.* *Capſulae* oblongo-lineares, transverſe et parallele frondi ſubimmerſae, ſemper apertae, multiloculares, *loculis* duplici ſerie ſuperne dehiſcentibus.

*Induſium* nullum.

*Species.*

1. D. nodoſa, rachi ſubſimplici, pinnis acuminatis ſubintegris, ad marginem usque capſuliferis; ſtipulis acutis.
*Aſplenium nodoſum Linn.*
Plum. fil. t. 108. Amer. t. 6.
Martinica, Domingo.

2. D. alata, rachi apice alata, pinnis ſerrulatis, prope marginem nudis, ſtipulis obtuſis eroſis.
Plum. fil. t. 109.
Martinica, Jamaica.

## 36. *Marattia.* Flor. Ind. occid.

(*Myriotheca Jussieu.*)

*Char.* *Capsulae* ovales, sparsae, marginibus superne longitudinaliter conniventibus initio clausae, demum bipartibiles, multiloculares: *loculis* duplici serie hiantibus.
*Indusium* nullum.

*Species.*

1. M. alata, frondibus bipinnatis, pinnulis acute serratis, rachibus squamosis, partialibus alatis. Flor. Ind. occ.
Smith ined. t. 46.
Jamaica.

2. M. laevis, frondibus bipinnatis, pinnulis apice obtuse serratis, rachibus laevibus, partialibus alatis.
Smith ined. t. 47. †
Insula Dominica.

3. M. fraxinea, frondibus bipinnatis, pinnis oppositis, pinnulis oblongo-lanceolatis serratis, rachibus laevibus. Smith.
*Myriotheca fraxinifolia.* Bory de St. Vincent Voy. I. p. 266.
Smith ined. t. 48.
Insf. Borboniae.

4. M. sorbifolia, frondibus bipinnatis, pinnis alternis, pinnulis lineari-lanceolatis. †
*Myriotheca sorbifolia.* Bory de St. Vincent l. c. p. 267.
*Myriotheca.* Lamarck Enc. p. 866?
Insf. Borboniae.

## 37. *Ophioglossum* Linn.

***Char.*** *Capsulae* subglobosae, in spicam articulatam distticham connatae, uniloculares, transverse dehiscentes, nudae.

### *Species.*

1. O. vulgatum, fronde ovata. Linn.
Plum. fil. t. 36. t. B. f. 5. Flor. dan. t. 147.
Lamarck. ill. t. 864. f. 1. etc.
Europa.

2. O. ovatum, fronde ovali acuta reticulato-venosa. †
Bory de St. Vincent Voy. 2. p. 206.
Prope Vulcanum Borboniae.

3. O. gramineum, fronde lineari-lanceolata acuta.
Willd. Schrift. d. Acad. zu Erfurt 1802. p. 18. t. 1. f. 1. †
Malabaria prope montem St. Thomae.

4. O. lusitanicum, fronde lanceolata. Linn.
Barrel. ic. rar. t. 252. f. 2. Lamarck illustr. t. 864. f. 3.
Lusitania.

5. O. nudicaule, fronde ovata subradicali, subpetiolata; scapo distincto. Linn. suppl.
Tab. nostr. IV. fig. 2.
Promont. bonae spei.

6. O. bulbosum, fronde subcordata-ovali obtusa; radice globoso-bulbosa. Michaux flor. bor. americ. p. 276. †
*O. crotalophoroides Walt.* Car. p. 256?
Carolina Amer. sept.

7. O. reticulatum, fronde cordata reticulata. Linn.
Plum. fil. t. 164. Lamarck ill. t. 864. f. 2.
India occidentalis, Jamaica.

8. O. pendulum, fronde lineari-longissima indivisa. Linn.
Rumph. amb. 6. t. 37. f. 3. (Scolopendria.)
Amboyna, in palmis parasiticum, Quito Amer. merid., Ins. Mauritii.

9. O. palmatum, fronde palmata. Linn. †
Plum. fil. t. 163.
India occidentalis.

## *Inquirenda.*

*Ophioglossum simplex.* Rumph. amb. 7. t. 68. f. 2.

*Ophioglossum lusitanicum.* Loureiro fl. Coch. p. 825.

*Ophioglossum* fronde bissecta palmata, spica laterali monocapsulari. Brown. jam. p. 108.
(Forsan *O. palmatum L.*)

*Ophioglossum* marianum lingua dentata. Petiv. phil. Transact. 248. p. 398.

Dwarf Smyrna Adders Tongue. Petiv. gaz. t. 73. f. 6.
(Synon. *O. lusitanici L.?*)

## 38. *Botrychium.*

(*Osmundae spec. Linn. Botrypus Michaux.*)

*Char.* *Capsulae* subglobosae, rachidi racemi compositi adnatae, discretae, nudae, uniloculares, *valvulis* binis, postice connexis transverse dehiscentes.

### *Species.*

1. B. lunaria, fronde solitaria pinnata, pinnis lunatis.
*Osmunda lunaria L.*
Flor. dan. t. 18. Act. nat. cur. I. t. 2. f. 1. 2. 8 — 11. Lamarck illustr. t. 865. f. 1. Blackw. herb. t. 420.
Europa.

2. B. rutaceum, frondibus subsolitariis bipinnatis, pinnis ovatis incisis.
*Osmunda lunaria β. γ. L.* N. Act. nat. cur. I. t. 2. f. 3 — 6.
*Osmunda matricariae.* Breyn. Buxb. Schrank.
Breyn. Cent. t. 94. Sturm. d. fl. II. h. 6. Pluk. ph. t. 427. f. 7.
Europa.
*Var.* *Lunaria* racemosa multifido folio C. B.
Breyn. Cent. t. 95.
*Osmunda lanceolata.* Gmel. Comment. n. petrop. 12. t. 11. f. 2.

3. B. virginianum, fronde tripinnatifida, laciniis serratis, scapo terminali, spica bipinnata.
*Osmunda virginiana L.*
Moris. III. s. 14. t. 4. f. 5.
Virginia, Pensylvania.

4. B. cicutarium, fronde tripinnata, pinnulis ova-

libus denticulatis; fcapo e medio caulis, fpica bipinnata. Lamarck Enc. p. 650. †
Plum. fil. t. 159.

5. B. lunaroides, fronde fub-3-chotome tripinnata, pinnulis reniformi-rotundatis fubcrenatis, fpica fubtrichotoma. †
*Botrypus lunaroides.* Michaux flor. bor. am. p. 274.
*Osmunda biternata.* Lamarck Enc. p. 650.
Carolina fept. Amer. borealis.

6. B. ternatum, fronde bipartita fupradecompofita, pinnulis incifo-ferratis, fpica pinnata.
*Osmunda ternata.* Thunb. flor. japon. p. 329.
Flor. japon. t. 32.
Japonia.

7. B. Zeylanicum, fronde verticillato-pinnata, pinnis lanceolatis.
*Osmunda Zeylanica L.*
Rumph. amb. 6. t. 68. f. 3.
Zeylona, Amboyna.

*Inquirenda.*

*Osmunda multifida.* Gmel. Nov. Comm. petr. 12. t. 11. f. 1.
(Botrych. virginian. affinis et forte fynon.)

*Lunaria* Botryitis ramofa, geranii mofchati foliis floridana. Pluk. am. 134. ph. t. 427. f. 5.

*Lunaria* multifido folio craffa e Terra mariana. Pluk. phyt. t. 427. f. 8.

*Botrychium diffectum.* Spreng. Anl. 3. p. 172.

## Lycopodineae.

*Plantae* herbaceae aut ſuffruteſcentes, ſimplices aut ramoſae, foliis l. ſquamis undique obſitae.

*Fructificationes* axillares, nudae: Capſulis uni-bi-trilocularibus, polyſpermis.

### *Genera.*

1. Lycopodium.

*Capſulae* uniloculares, aliae bivalves reniformes, aliae bi-tricoccae.

2. Tmeſipteris.

*Capſulae* didymae, biloculares.

3. Pſilotum.

*Capſulae* tricoccae, triloculares.

## 1. *Lycopodium* Linn.

***Char.*** *Capſulae* axillares ſeſſiles ſubſolitariae uniloculares, aliae (Antherae quorundum) reniformes, elaſtice dehiſcentes, bibalves, farina (ſemina) repletae; aliae bi-tricoccae, bi-trivalves, corpuſculis (ſeminibus?) 1—6 globoſis.

### *Species.*

* Fructificationes in axillis foliorum undique ſeſſiles; Capſulis uniformibus fariniferis. (*Plananthi* Pal. Beauvois. *Huperzia* Bernhard.)

1. L. linifolium, foliis alternis remotis lanceolatis. Linn.
Plum. fil. t. 166. f. C. C.
America meridionalis, Jamaica.

2. L. myrſinites, foliis ſparſis ſubdiſtichis ovato-acutis laxis, caule ramoſo repente. Lamarck Enc. †
Hiſpaniola, Inſ. Borboniae.

3. L. dichotomum, foliis alternis ſparſis lineari-acuminatis patulis, caule declinato aſſurgente dichotomo, ramis patulis. Flor. Ind. occ. p. 1574.
Jacq. Hort. Vind. t. 45. pl. am. pict. t. 252.
Jamaica, Hiſpaniola, Martinica.

4. L. Gnidioides, foliis ternis imbricatis, lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ramis elongatis. Linn. ſuppl. †
Inſula Mauritii.

5. L. filiforme, foliis ſparſis quadrifariis lineari-ſubulatis adpreſſis, caule filiformi dichotomo divaricato.
Tab. noſtr. IV. f. 3.
Inſulae Sandwich Oceani pacifici.

6. L. **verticillatum**, foliis quadri-octofariis fubimbricatis acerofis, ramis dichotomis flaccidis, capfulis fubverticillatis. Linn. fuppl.
*Lycopodium acerofum.* Flor. Ind. occ. p. 1575.
*Lycopodium fetaceum.* Lamarck Enc.
*Plananthus anguftifolius.* P. Beauvois.
Plum. fil. t. 166. B. Dill. m. 439. t. 56. f. 3.
Infula Borbonia.

7. L. **ferratum**, foliis fuboctofariis, lanceolatis finuato-ferratis, fubreflexis; caule adfurgente, bipartito.
Thunb. flor. jap. t. 38.
Japonia, Inf. Borboniae.

8. **reflexum**, foliis fub-8-fariis lanceolatis reflexis obfolete ferratis, caule erecto bipartito.
*Plananthus reflexus.* P. Beauvois prodr. de l'aetheog. p. 100.
Dill. mufc. t. 56. f. 2.
America borealis.

9. L. **javanicum**, foliis fuboctofariis patentibus lanceolatis fubulatis planis ferrulatis bafi attenuatis; caule dichotomo erecto.
Java.

10. L. **taxifolium**, foliis fparfis octofariis lineari-lanceolatis planis integerrimis patulis, caule erecto dichotomo. Flor. Ind. occ. p. 1573.
Jamaica, Hifpaniola.

11. L. **elongatum**, foliis fparfis fub-10-fariis imbricatis, lanceolatis fubfalcatis, caule erecto fuperne patito. Lagafca.
Tarmae Peruviae.

12. L. Selago, foliis ſparſis octofariis ſubimbricatis lanceolato-ſubulatis ſubconcavis, caule dichotomo erecto faſtigiato. Linn.
Flor. dan. t. 104. Dill. t. 56. f. 1. E. B. t. 233.
Europa.

13. L. rigidum, foliis ſparſis 6-8-fariis lineari-lanceolatis reflexis, inferioribus ſquarroſis, caule dichotomo.
*Lycopodium ſquarroſum.* Flor. Ind. occid. p. 1571. Lamarck.
*Lycopodium reflexum.* Lamarck Enc.
Plum. fil. t. 166. A. Dill. m. t. 57. f. 4.
Jamaica, Caribaeae.

14. L. lucidulum, foliis ſparſis lineari-lanceolatis patentibus ſerratis lucidis; caule aſſurgente ſubramoſo. Michaux flor. bor. am. 2. p. 284. †
Canadae, Carolinae montoſa.

15. L. Saururus, foliis ſparſis ſuboctofariis, lineari-lanceolatis integerrimis denſe imbricatis erectis; caule ſimplici furcatoque. Lamarck Enc. †
Bory de St. Vincent Voy. I. 344. t. 16. f. 1.
Inſula Borboniae.

** Fructificationes ſpicis terminalibus inſidentes ſquamis interſtinctae.

a. Capſulis uniformibus fariniferis. (*Lepidotis* P. Beauv.)

16. L. phlegmaria, foliis verticillato-quaternis, ſpicis dichotomis. Linn.
Dill. muſc. t. 61. f. 5. Breyn. Cent. t. 92.
India orientalis, Zeylona, Cochinchina, Inſula Borboniae.

17. L. obtusifolium, foliis decurrentibus sparsis ovatis integris, spicis geminis sessilibus, caule dichotomo recto. †
*Lepidotis obtusifolia.* Pal. Beauvois prodr. aetheog. p. 109.
Insula Mauritii.

18. L. longifolium, foliis decurrentibus sparsis lanceolatis patentibus, spicis sessilibus elongatis divisis radicantibus. †
*Lepidotis longifolia.* P. Beauvois prodr. aeth. p. 109.
Insula Mauritii et Borboniae.

19. L. ophioglossoides, foliis sparsis lanceolatis subimbricatis spicis dichotomis, caule longioribus. Lamarck Enc. †
Insula Mauritii.

20. L. ulicifolium, foliis sparsis (8-fariis) patentibus ovato-lanceolatis acuminatis; caule dichotomo, spicis longissimis foliosis sessilibus laxis. Ventenat.
India orientalis.

21. L. alopecuroides, foliis sparsis subimbricatis linearibus ciliatis, spicis foliosis sessilibus. Linn.
Dill. musc. t. 62. f. 8.
Virginia, Canada.

22. L. inundatum, foliis sparsis integerrimis subincurvatis; spicis foliosis sessilibus. Linn.
Dill. musc. t. 62. f. 7.
Europa, Insl. Borboniae.

23. L. squarrosum, foliis sparsis lineari-subulatis reflexo-squarrosis, caule dichotomo, spicis foliosis.
Forst. prodr. n. 479.
Otaheite.

24. L. alpinum, foliis quadrifariis imbricatis acutis, caule repente, furculis erectis dichotomis, fpicis feffilibus teretibus. Linn.
Flor. dan. t. 79. Dill. m. t. 58. f. 2.
Lapponia, Germania, Helvetia, Pyren., Canada?

25. L. dendroideum, foliis fparfis 6-fariis lineari-lanceolatis, patulis, caule erecto fubdivifo, ramis alternis radiato-dichotomis, fpicis fubfeffilibus fimplicibus teretibus.
Michaux flor. bor. am. 2. p. 282.
*Lycopodium obfcurum L.*
Dill. mufc. t. 67. f. 12.
Canada, Nova Anglia, Carolina.

26. L. juniperoideum, foliis fparfis erectis lineari-fubulatis integris, caule erecto dichotomo, ramofo ramis erectis, fpicis feffilibus teretibus.
Sibiria.

27. L. cernuum, foliis fparfis curvatis, caule ramofiffimo, fpicis cernuis, fquamis adpreffis membranaceis ferrato-ciliatis. Linn.
Dill. mufc. t. 63. f. 10.
India orientalis et occidentalis, Inf. Borboniae.

28. L. curvatum, foliis fparfis curvatis, caule ramofiffimo, fpicis cernuis, fquamis novemfariis ferratis patulis.
*Lycopodium arboreum.* Gmel. fyft. veg.
*Lepidotis convoluta.* Pal. Beauvois prodr. aetheog. p. 108.
Cum priore.

29. L. annotinum, foliis fparfis quinquefariis patulis fubferratis, furculis annotino-articulatis, fpicis feffilibus teretibus. Linn.

Flor. dan. t. 127. Dill. musc. t. 63. f. 9.
Europa.

30. L. clavatum, foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculatis geminis. Linn.
Flor. dan. t. 126. Dill. musc. t. 58. f. 1.
Europa.

31. L. trichiatum, foliis sparsis incurvato-filamentosis, spicis oblongis subquaternis pedunculatis, squamis setaceis scariosis. †
Bory de St. Vincent Voy. I. p. 350.
Borbonia.

32. L. ciliatum, foliis sparsis linearibus apice filamentoso-ciliatis subspinosis, pedunculorum longioribus, spicis ovalibus. †
*Lepidotis ciliata.* Pal. Beauvois l. c. p. 108.
Insula Borboniae.

33. L. inflexum, foliis sparsis linearibus patentibus convoluto inflexis, pedunculis bipartitis, medio iterumque bifidis, spicis elongatis; caule recto. †
*Lepidotis inflexa.* Pal. Beauv. l. c. p. 109.
Insula Mauritii.

34. L. diaphanum, foliis sparsis imbricatis, filamentis albido diaphanis subulatis integris terminatis; spicis solitariis sessilibus, squamis longis subulatis serratis. †
*Lepidotis diaphana.* Pal. Beauv. l. c. p. 108.
Insula Tristan d'Acunha.

35. L. japonicum, foliis sparsis 6fariis lineari-subulatis imbricato-patulis integris glabris — spicis — caule ramoso repente.
Thunb. flor. japon. p. 341.
Japonia.

36. L. funiculofum, foliis fparfis lanceolatis, ramis elongatis funiculiformibus; fpicis feffilibus longiffimis. Lamarck Enc. ♃

Inf. Mauritii, Promont. bonae fpei.

37. L. magellanicum, foliis fparfis lineari-lanceolatis imbricatis; fpicis pedunculatis, fquamis membranaceo-marginatis undulatis; caule repente furculis erectiufculis. ♃

*Lepidotis magellanica.* Pal. Beauvois l. c. p. 102.

38. L. Carolinianum, foliis bifariis fubdiftichis patulis, fuperficialibus folitariis; fpicis longiffime pedunculatis. Linn.

Dill. mufc. t. 62. f. 6.

Carolina Amer. borealis, Inf. Borboniae.

39. L. volubile, foliis bifariis patulis fubfalcatis, fuperficialibus folitariis; fpicis fubpaniculato-dichotomis, caule farmentofo-volubili, hifpido. Forft. pr. n. 482.

Infulae Societatis.

40. L. repens, foliis fubbifariis lanceolato-acuminatis fubfalcatis, fuperficialibusque fecundis adfcendentibus; pedunculis elongatis monoftachyis; caule repente.

*Lycopodium affine.* Bory de St. Vincent Voy. II. p. 204.

*Lepidotis repens.* Pal. Beauvois l. c. p. 109.

Infula Mauritii.

41. L. complanatum, foliis bifariis connatis, fuperficialibus folitariis, fpicis geminatis pedunculatis. Linn.

Flor. dan. t. 78. Dill. mufc. t. 59.

Europa.

b. Capfulis biformibus, fuperioribus reniformibus, inferioribus fubtetracoccis bivalvibus, valvulis trilobis. (*Selaginella* Pal. Beauvois.)

42. L. Selaginoides, foliis fparfis lanceolatis patulis ciliatis; fpicis foliofis. Linn.
Flor. dan. t. 70. Dill. mufc. t. 68. f. 1.
Europa.

c. Capfulis biformibus, aliis reniformibus fuperioribus, aliis fubrotundis paucioribus, rarius tricoccis, ad bafin ejusdem fpicae. (*Stachygynandum* et *Diploftachyum* P. Beauvois.)

43. L. myrtifolium, foliis quadrifariis lineari-oblongis, fpicis filiformibus foliofis. Forft. prodr. n. 485.
Infulae maris pacifici.

44. L. fanguinolentum, foliis quadrifariis imbricatis, caulibus erectiufculis dichotomis, fpicis feffilibus tetragonis. Linn.
Amoen. Acad. 3. t. . f. 26.
Sibiria, Kamfchatka.

45. L. rupeftre, foliis fparfis filamentofis, caule repente, fpicis tetragonis feffilibus. Linn.
Dill. mufc. t. 63. f. 11. Pluk. ph. t. 100. f. 2.
Kamfchatka, Sibiria, Canada.

46. L. fcariofum, foliis bifariis imbricatis ovatis erectis, caule dichotomo; fpicis cylindricis, fquamis fcariofis reflexis. Forft. prodr. n. 484.
Infulae maris pacifici.

47. L. myofurus, foliis bifariis ovato-lanceolatis fubdenticulatis, fuperficialibus diftichis, caule tereti fubtus fulcato, fpicis elongatis laxis. Afzelius.
Sierra Leona Africes.

48. L. **circinale**, foliis bifariis imbricatis fubfecundis cufpidatis cartilagineo-ferratis, fuperficialibus geminis, ramis diftiche oppofitis, ramulis convolutis. Linn. fuppl. p. 448.
*Lycopodium Bryopteris.* Linn. fp. pl.
Dill. mufc. t. 66. f. 11.
India orientalis, Brafilia?

49. L. **yemenfe**, foliis bifariis fecundis ovatis acutis ciliatis, fuperficialibus imbricatis cufpidatis, ramorum alternis bafi auriculatis; furculis repentibus bifarie ramofis, axillis ftoloniferis, ramulis dichotomis convolutis.
*Lycopodium fanguinolentum.* Forfk. fl. ar. Yemenf. CXXV.
Tab. noftr. IV. f. 4.
Yemen, Arabiae.

50. L. **involvens**, foliis bifariis fubfecundis ovato-lanceolatis falcatis, fuperficialibus minoribus apiculatis fubgeminatis imbricatis fubdenticulatis; ramis diftichis, ramulis incurvatis.
*Lycopodium Circinale.* Thunb. flor. jap. p. 341.
Japonia.

51. L. **ftoloniferum**, foliis bifariis patentibus obfolete denticulatis, fuperficialibus oblongis apiculatis; furculis tetraquetris ramofiffimis farmentofis inferne fubnudis, axillis ftoloniferis; fpicis breviffimis, capfulis bafeos monofpermis. Flor. Ind. occ. 1576.
Dill. m. t. 66. f. 10. Plum. fil. t. 46. B.
Jamaica, Hifpaniola.

52. *L. **concinnum**, foliis bifariis diftinctis oblongis obtufiufculis integerrimis, fuperficialibus minutis

culatis ſubimbricatis caule repente, ſurculis erectis dichotomis; ſpicis tetragonis acuminatis.
Inſula Mauritii.

53. L. helveticum, foliis bifariis patulis integerrimis, ſuperficialibus diſtichis alternis, ſurculis repentibus dichotomis; ſpicis bifidis pedunculatis, capſ. inferioribus ſubtricoccis. Linn.
Dill. m. t. 64. f. 2. Jacq. auſtr. 2. t. 196. optima.
Hujus varietas videtur (certo certius idem eſt — W. M.):
*Lycopodium radicans Schrank.*
Germania, Helvetia.

54. L. denticulatum, foliis bifariis ovatis acutis ſubdenticulatis patulis, ſuperficialibus imbricatis, ſurculis radicantibus dichotomis, ſpicis geminatis ſeſſilibus; capſ. inf. tricoccis. Linn.
Dill. muſc. t. 66. f. A. Cluſ. h. 249. ic.
Luſitania, Hiſpania, (Gallia, Italia. — W. M.).

55. L. albidulum, foliis bifariis ovatis acutis denticulatis ſuperficialibusque alternis, ſurculis radicantibus; ſpicis terminalibus lineribus laxis ſubtetragonis, ſquamis imbricato-patulis.
Penſylvania.

d. Capſulis biformibus, reniformibus et ſubrotundis (rarius tricoccis) mixtis in eadem ſpica.

56. L. flabellatum, foliis bifariis denticulatis; ſuperficialibus diſtichis, caule erecto teretiuſculo, ſpicis erectis. Linn.
Dill. muſc. t. 65. f. 5.
Inſ. Antillicae, Inſ. Borboniae.

57. L. canaliculatum, foliis bifariis fubfalcatis integerrimis, fuperficialibus diftichis, caule erecto, fupra canaliculato, fpicis laxis. Linn.
Dill. mufc. t. 65. f. 6.
India orientalis, Amboyna, Coromandel, Infula Borboniae.

58. L. ornithopodioides, foliis bifariis patentibus ovatis acutis, fuperficialibus diftichis ciliatis planis, furculis repentibus, fpicis teretiufculis feffilibus. Linn.
Dill. mufc. t. 66. f. 1. B.
India orientalis et occidentalis.

59. L. Novae Hollandiae, foliis bifariis alternis ovatis acutis convexo-carinatis ciliatis; fuperficialibus apiculatis furculis filiformibus, erectiufculis? fpicis terminalibus feffilibus.
Nova Hollandia.

60. L. apodum, foliis bifariis fubrotundo-ovatis acutis planis denticulatis cum fuperficialibus acuminatis alternantibus, caule repente filiformi; fpicis fubgeminatis feffilibus. Linn.
Dill. mufc. t. 64. f. 3.
India occidentalis, America borealis.

61. L. plumofum, foliis bifariis imbricatis, antrorfum bafi gibbis, fubfalcatis obtufiufculis denticulatis, fuperficialibus ovatis carinatis cufpidatis ciliatis, furculis erectiufculis bifarie dichotomis, fpicis terminalibus feffilibus. Linn.
*Lycopodium pennaeforme.* Lam. Enc.
Dill. mufc. t. 66. f. 8. (*Capfulae globofae monofpermae.*)
India orientalis.

62. L. patulum, foliis bifariis alternis, antrorfum bafi gibbis, acutiufculis fubintegris; fuperficialibus ovato-

lanceolatis carinatis apiculatis denticulatis, ſurculis erectiuſculis bifarie ramoſis; ſpicis terminalibus ſeſſilibus.

Jamaica.

63. L. ſcandens, foliis bifariis oblongis acutis antrorſum baſi gibbis ſubdenticulatis, ſuperficialibus cuſpidatis, caule volubile dichotomo ramoſo, ſpicis terminalibus ſeſſilibus.

*Stachygynandrum ſcandens.* P. Beauvois fl. d'Oware et de Benin. p. 10. t. VII.

Owaria africes.

64. L. ciliare, foliis bifariis, ſuperficialibus diſtichis ciliatis, caule ramoſo, ſpicis folioſis compreſſis unilateralibus. Retz. obſ. 5. p. 92. †

Zeylona.

65. L. depreſſum, foliis bifariis alternis denticulatis patulis, ſuperficialibus diſtichis ſubaequalibus ciliatis, ſpicis oblongis ſeſſilibus folioſis.

Promont. bonae ſpei.

### *Inquirenda et dubia.*

*Lycopodium radiatum.* Aubl. guian. Dill. muſc. t. 65. f. 7.

*L. dubium.* Retz. fl. Scand. prodr.

*L. alpinum.* Michaux fl. am. bor. p. 282.

*L. complanatum.* Loureiro fl. Cochinch. p. 838.

*L. imbricatum*, frondibus ramoſis pinnatis, omnibus rachi ſupra et ſubtus bifariam imbricatis. Forſk. flor. ar. aeg. 157. 20.

*L. clavatum-borbonicum.* Bory de St. Vincent Voy. 2. p. 204.

Inſ. Borboniae.

*Lycopodium pectinatum*, foliis bifariis muticis pectinatis patentibus, ſuperficialibus adpreſſis ariſtatis, caule repente. Lamarck Enc.

*L. porelloides*, foliis bifariis, caule ramoſiſſimo, ſpicis denſis brevibus ſeſſilibus. Lamarck.
Antillae.

*L. laevigatum*, foliis bifariis ſubrhombeis patentibus, ſuperficialibus minimis alternis adpreſſis, caulibus erectis. Lamarck.
Madagaſcar.

*L. pinnatum Lamarck.*

*L. proniflorum Lamarck.* An *L. ciliare?*

*L. rupeſtre.* Walt. flor. Car.

*Stachygynandrum falcatum.* Pal. Beauvois. Dill. muſc. t. 66. f. 9.

*Stachyg. amplexifolium.* Pal. Beauvois prodr. p. 105.

*Stachyg. obtuſum.* Pal. Beauvois prodr. p. 113.

*Stachyg. tamariſcinum.* Pal. Beauvois prodr. p. 106.

*Diploſtachyum tenellum.* Pal. Beauvois prodr. p. 104.

*Gymnogynum domingenſe.* Pal. Beauvois prodr. p. 103. (*Lycopodium ſtoloniferum?* v. ſupr.)

*Muſcus filicinus elegans* Βρυοπτερις Prom. bonae ſpei.

*Putturijoory Hottentottorum.* Pluk. ph. 100. f. 3. (*L. circinnalis affinis?*)

## 2. *Tmesipteris* Bernhardi.

*Char.* *Capsulae* axillares, sessiles, didymae, biloculares: *loculis* semibivalvibus.

*Species.*

1. Tmesipteris Tannensis. Bernhardi in Schrad. Journ. 1801. I. p. 131. t. 2. f. 5.
   *Lycopodium Tannense.* Sprengel l. c. p. 267.
   Insula Tanna maris pacifici. Forster.

## 3. *Psilotum* *).

(*Lycopodii spec. Linn.*)

*Char.* *Capsulae* axillari-laterales, sessiles, sparsae, globoso-subtricoccae, triloculares; *loculis* superne dehiscentibus, semibivalvibus.

*Species.*

1. P. triquetrum, ramis undique triquetris.
   *Lycopodium nudum L.*
   *Hoffmannia aphylla.* Willdenow. in Roem. Ust. Magaz. 6. p. 17.
   *Bernhardia dichotoma.* Willd. in Schrift. d. Acad. zu Erfurt 1802. p. 11.
   Plum. fil. t. 170. f. A. A.
   Dill. musc. t. 64. f. 4.
   India occidentalis, Jamaica, Inf. Mauritii et Borboniae, Amer. meridionalis.

*) Origo vocis a Ψιλοτης, *nuditas*, quoniam fructus sparsi nudi, caulibus subnudis adnascuntur.

2. P. complanatum, ramis ancipiti planis.
Tab. nostr. IV. f. 5.
Jamaica.

*Dubium.*

*Psilotum floridanum*, frondis furcationibus ultimis breviusculis, sporangiis stipitulatis. Michaux flor. bor. amer. p. 281.

Florida. (Var. *P. triquetri?* [ita videbatur sec. specimen, quod ab ipso Michaux habuit Willdenow. — W. M.])

Deſcriptiones

# Filicum

minus cognitarum.

# Acroſtichum.

*A. nummularifolium.* vid. addit.

Ic. tab. II. noſtra fig. 1.

Habitat in Java, ubi legit Thunberg.

*Deſcriptio.*

*Surculus* longiſſime reptans, radiculis breviſſimis hirtis nigris undique exſertis, ſquamulis minutis ovatis acutis adpreſſis medio fuſcis imbricatis.

*Frondes* alternae, diſtinctae.

*Steriles* numeroſae, ſubſeſſiles, ſubpeltatae, baſi exciſae l. cordatae ſubrotundo-ovatae integerrimae, aveniae, ſupra glabrae ſubtus incano-tomentoſae, tomento pilis ſtellatis interſperſo; vix ſemipollicares.

*Fertiles* minores, pauciores, breviter petiolatae obovatae, baſi cuneatae, integerrimae, glabrae l. pilis ſtellatis adſperſae, ſubtus *Capſulis* fuſco-nitentibus tectae, pilis ferrugineis ſtellatis immixtis.

*Obſervatio.*

*Pteridi piloſelloide L.* valde aſſimilatur habitu, ſed diſtinctiſſimum eſt.

## *A. conforme.* pag. 10.

*Acroſtichum latifolium.* Sw. obſ. in Schrad. Journal 1801. I. p. 271.

Habitat in Inſula St. Helenae. Maſſon, adque Promontorium bonae ſpei.

### *Deſcriptio.*

*Surculus* radicans, craſſus denſe veſtitus ſquamis majuſculis imbricatis ovato-lanceolatis integris reticulato-venoſis membranaceo ſcarioſis ſpadiceis.

*Radiculae* numeroſae hinc inde exſertae filiformes, ſimplices, longae.

*Stipites* 3-4-pollicares, filiformes angulato-compreſſae, laeves.

*Frondes ſteriles et fertiles* diſtinctae et conformes, (hae parum longius ſtipitatae) oblongo-lanceolatae margine ſubinciſo-repando l. ſubinde integro aequali baſi leviſſime in ſtipitem decurrentes, hinc ſtipites ſuperne quaſi marginati apparent.

Pagina frondium ſterilium utrinque glabra, enervis, venis tantum obſcurioribus parallelis.

*Fertiles* initio margine involutae, dein planae fructificationibus confertiſſimis coopertae nudis.

*Capſulae* pallide ferrugineae minutiſſimae, gyro ritente.

### *Obſervatio.*

Differt ab *A. latifolio:*

*Statura* minori.

*Stipitibus* diſtinctius marginatis.

*Frondibus* omnibus conformibus apice minus attenuatis, venisque obſcurioribus, et margine ſubinde ſubinciſo repando.

## *A. viscosum.* pag. 10.

*A. petiolatum.* Flor. Ind. occ. p. 1588.
Habitat in India orientali et in Jamaica.

Sub hoc nomine amicissime communicavit Cel. Ventenat.

### *Descriptio.*

*Stipites* plures e radice ex fibris filiformibus nigris rigidis congesta, bipollicares filiformes, teretiusculi basi paleaceo-squamulosi, squamis subulatis fuscis nitentibus; supra canaliculati, scabriusculi, viscidi.

*Frondes* distinctae:

*Steriles* circiter pedales, lineari-lanceolatae acuminatae, margine integerrimo parallele venosae, utrinque glabrae; latitudine vix semipollicari; costa subtus tereti prominente.

*Fertiles* longius stipitatae, sesquipedales, ensiformes, obtusiusculae, integerrimae; pagina superiori tota praeter marginem extimum hirta ex squamis minutissimis margine ciliato-pilosis, fusco-ferrugineis adpressis; inferiori *Capsulis* numerosissimis confertissimis pallidis cooperta; costa sola squamuloso-hirta. *Gyri* ferruginei.

### *Observatio.*

Species inter adfines distincta viscositate stipitis et hirsutie frondium fertilium. Nomen specificum in Flor. Ind. occid. datum, e viscositate stipitis lectum, eo mutavi quod melius magisve idoneum sit.

### *A. hirtum.* v. addit.

Habitat (ut fertur) in Madera. E muſeo Thunbergii.

### *Deſcriptio.*

*Surculus* lignoſus in truncis arborum radicans, craſſiuſculus, anguloſus, ſquamis membranaceis ferrugineis nitidis veſtitus.

*Frondes* ſparſae, diſtinctae.

*Stipites* baſi incraſſati, ſquamis paleaceis congeſtis fuſco-ferrugineis tecti, radiculas filiformes rigidas ſimplices baſi exſerentes; ſuperne anguloſi, ſulcati, rigidi, pilis ferrugineis hiſpidi; ſpithamei.

*Frondes ſteriles* ſemipedales oblongo-lanceolatae utrinque acuminatae, margine ſubrepandae ſubundulatae minutim crenulatae, parallele venoſae, venis pilis breviſſimis ferrugineis obſitis puncto impreſſo verſus marginem terminatis notatisque; utrinque fuſco-virides, ſubſtantia rigidiori, ſed non coriaceae.

Nervus medius ſ. coſta, craſſior, albeſcens, hiſpido-piloſus.

*Frondes fertiles* parum minores, anguſtiores latitudine ſemipollicari, margine membranaceo, apice acuminatae, ſupra pilis raris, ſubtus denſiſſimis tectae, ferrugineis.

*Fructificationes* copioſiſſimae.

*Capſulae* minutiſſimae, pallide ferrugineis pilis immixtae.

### *Obſervatio.*

Diſtinctum inter proxime affinia, magnitudine inſigni et frondibus margine ſubundulatis crenulatisque.

*A. ſquamoſum.* pag. 10.

Habitat in Inſula Madera et Jamaica.

*Deſcriptio.*

*Radix* caeſpitoſa.

*Stipites* plures, conferti, 3-4-pollicares l. ſpithamaei, teretiuſculi, ſquamoſi, ſquamis lanceolatis ſubimbricatis membranaceis, nigro-ſpadiceis, margine ciliatis.

*Frondes* 1-2-pedales erectiuſculae lineari-lanceolatae, baſi apiceque attenuatae latitudine pollicari, margine integrae l. ſubrepandae l. undulatae, obſolete nervoſae, utrinque ſubtusque imprimis paleaceae; paleis praeſertim margine et ad coſtam mediam imbricato-confertis ferrugineis nigroque nitentibus, margine ciliatis, in pagina frondis ſuperiori minutioribus quaſi in pilis ramoſis abeuntibus.

Frondes ſub paleis ſaturate virides.

*Fructificationes* equidem non vidi; ob vero inſignem cum *A. hirto*, *muſcoſo* et *villoſo* ſimilitudinem, hanc ſpeciem ad Acroſtichum referendam eſſe haud dubitavi.

## *A. alcicorne.* p. 12.

*Acrostichum Stemmaria*, fronde radicali sterili, divisionibus rotundis laevibus nitidis nervosis sessilibus imbricatis plurimis in orbem dispositis, emittente frondem fertilem rectam, furcatam, margine interiori fructiferam, subtus lanuginosam. Pal. de Beauvois Flor. d'Oware et de Benin. I. p. 3. t. 2. bona.

*Acrost. bifurcatum*, acaule, foliis exterioribus sessilibus amplis laciniatis sterilibus; centralibus petiolatis angustis, apice bifurcatis fructiferis. Cav. prael. 1801. p. 105. n.

Neuroplatyceros aethiopicus, nervosis foliis, cornu cervinum referentibus. Pluk. Amanth. 151. phyt. t. 429. f. 2.

Habitat supra arbores, Rhizophoras etc. in Madagascaria, Commerçon; Owaria, Pal. de Beauvois; Java, Thunberg; Guinea, Afzelius; Nova Hollandia, Nee.

### *D e s c r i p t i o.*

*Filix* structurae singularis.

*Frondes* primordiales steriles, sessiles planiusculae, horizontales, spithameae et ultra, saepe reniformes, margine rotundato l. interdum varie lobato, glaberrimae centro subfungoso pulvinato molliusculae versus margines membranaceae, reticulato-venosae.

*Radices* et *radiculae* subtus congestae longae, tomentoso-ferrugineae.

*Frondes fructificantes* e centro priorum substipitatae s. versus radicem valde attenuatae, sensim dilatatae palmataeque, planae erectae interdum apedales, dichotomae, laciniis inaequalibus digitiformibus obtusis; ner-

voſae: nervis dichotomis elevatis prope baſin in ſtipitem craſſum teretem concurrentibus; ſupra glabrae, virides, ſubtus incano-tomentoſae, ſubinde glabrae.

*Juniores* omnino lanato-molles, tomento ex villis ſtellatis congeſtis.

*Fructificationes* verſus apices frondium dorſum laciniarum ad partem l. totum tegentes.

*Capſulae* minutiſſimae, ferrugineo rufae, annulis nitentibus, in lineis confertiſſimis quaſi digeſtae.

### *O b ſ e r v a t i o.*

Cum A. *biformi*, quod Osmunda coronaria Müllero, in quibusdam convenit; attamen et ab illo et ab omnibus aliis hucusque notis certe diverſum erit.

## *A. auritum.* pag. 13.

*Filix florida.* Rumph. amb. 6. p. 78. t. 35. f. 1.
Habitat in India orientali: Java. Thunberg.

### *Descriptio.*

*Filix* frondibus distinctis.

*Stipites* 1-2-pedales, angulati, glabri, nigro-purpurascentes.

*Frondes steriles Aspidio trifoliato* similes, ternatae, 5-angulares.

*Foliola* petiolata, sinuato-pinnatifida; *intermedium* majus, laciniis profunde partitis patentibus, inferioribus decurrentibus, superioribus coadunatis, infimis inciso-crenatis; *lateralia* expansa, laciniis deorsum spectantibus longioribus, imprimis baseos maximis perpendicularibus, inciso crenatis; caeteris integris.

Omnia utrinque glabra, parum venosa.

*Frondes fructificantes* longiores tripartitae, foliolis bipinnatis pinnulis linearibus; *Capsulis* minutissimis subtus tectae.

## *A. nicotianaefolium.* pag. 13.

Habitat in Inſula St. Thomas.

### *Deſcriptio.*

*Filix* circiter 3-pedalis et forte elatior.

*Stipes* teres, baſi paleaceo-ſquamoſus, ſuperne glaber, antice ſulco profundo exaratus.

*Frons* pinnata.

*Pinnae* duplicis naturae in eadem fronde, ſcil.:

*Steriles* ſubſeſſiles ſ. breviſſime petiolatae, ellipticae, ſesquipedales apice longiori attenuato, margine integro leviter undulatae, inter nervos parallelos reticulato-venoſae, tenuiſſimae, luride virentes Nicotianae Tabaci ſimillimae, utrinque glaberrimae.

*Fertiles* ſterilibus oppoſitae, ſeſſiles (praeter terminale impar petiolatum) multoties minores, ovato ſ. lato-lanceolatae, acuminatae, margine leviſſime undulatae, ſaturate vireſcentes, ſubtiliter venuloſae, ſubtus fuſco-granuloſae, *Capſulis* ſparſis contiguis ſed non aggregatis, minutiſſimis pallidis fuſco-gyratis obſitae, ambitu extimo pinnae viridi libero.

### *Obſervatio.*

Cognitionem hujus ſpeciei perquam ſingularis, ſic nominatae, liberalitati Cel. Ventenat gratiſſime debeo.

## *A. cervinum.* pag. 14.

*Osmunda cervina* ſcapo radicato, fronde pinnata, pinnis integerrimis. Linn. ſp. pl. 1521.

*Osmunda* linguae cervinae folio. Plum. fil. t. 154.

Habitat in India occidentali, Jamaica, Martinica, locis umbroſis.

### *Deſcriptio.*

*Filix* 3-pedalis et ultra.

*Radix* caeſpitoſa e ſquamis ſetoſis pallidis congeſta, radiculis longis nigricantibus ſubvilloſis ſubtus emittens:

*Stipites* plures e radice, pedales Calami ſcriptorii craſſitie, teretes laeves antice canaliculatos.

*Frondes* ſteriles et fertiles diſtinctae.

*Steriles* ſimpliciter pinnatae.

*Pinnae* alternae, breviter petiolatae ovato-lanceolatae, baſi obliquae ſeu antrorſum gibboſae, apice acuminatae, margine integerrimo limbato, nervis inter coſtam et limbum approximatis parallelis, utrinque glabrae, laete vireſcentes, rigidiuſculae.

*Fertiles* altiores, bipinnatae.

*Stipites* ſtriato-ſulcati.

*Pinnae* alternae, remotae lineares patentes, ſemipedales.

*Pinnulae* oblongo-lineares, obtuſae alternae, baſi membranula leviter coadunatae, approximatae, long. 3-4 lin. demum revolutae, fructificationibus confertiſſimis nudis quaſi utroque latere tectae.

*Capsulae* minutissimae, ferrugineae, nitidae, gyro fusco; juniores pallidae graniformes.

### *Observatio.*

Si ad aliquod ex generibus notis amandetur, *Acrostichum* erit.

Una alterave species huic consimilis in America provenit, adhuc describenda, quae frondibus fructiferis pariter compositis gaudet. Hinc habitus inter congeneres singularis, sed notae pro genere distinguendo desunt.

### *A. tartareum.* pag. 15.

*Acroſtichum tartareum*, foliis bipinnatis, pinnulis alternis, ſecundariis oblongis, obtuſis, tegumento transverſim ſtriato. Cavanill. prael. 1801. p. 242. n. 591.

*Hemionitis dealbata.* Willd. Hort. Berol. t. 40.?

Habitat in India occidentali: Jamaica; America meridionali: Peru, Chili.

### *D e ſ c r i p t i o.*

*Filix* 2-3-pedalis.

*Stipites* caeſpitoſi, teretes, pedales, glabri, atro-purpurei, nitidi, firmi, ſulco in prona parte ad apicem frondis per rachin deducto.

*Frons* ovato-lanceolata, inferne bipinnata, apice tantum pinnata, erecta.

*Rachis* angulata.

*Pinnae* alternae, diſtinctae, non tamen valde remotae, lanceolatae, patentes, iterum pinnatae.

*Pinnulae* ſeſſiles, ſubalternae, coadunatae, inferiores leviter decurrentes, ſuperiores confluentes in pinnulam terminalem ovato-lanceolatam, crenatam. Ceterae ovatae l. oblongae, obtuſae, glabrae ſed transverſim a nervo medio ad marginem crenulatum leviter revolutum ſtriatae, indiviſae, infimae tantum baſi obſolete crenato-inciſae, ſupra fuſco-virides, ſubtus radiatim venoſae, pulvere albiſſimo adhaerenti tectae, in quo quaſi nidulantur:

*Capſulae* numeroſae, ſparſae, pallide nitentes annulo ferrugineo cinctae.

*Obſervatio.*

Cum *A. calomelanos* in multis congruit, ſed certe diverſum eſt pinnulis omnino ſeſſilibus baſi dilatato-ſubcoadunatis, oblongis obtuſis ſubintegris, nec lanceolatis inciſo-ſerratis auriculatisque. Color in illo ſaturatior et farina in pagina inf. pallido-albida, nec cretaceo-alba ut in *A. tartareo.* Hoc, in Inſulis Indiae occidentalis etiam obvium, cum Calomelano pro una eademque ſpecie olim ſed perperam habui. Variat quoque ſicut *Calomelanos* fronde juniore ſimpliciore, pinnulis fere confluentibus praeſertim verſus ſuperiora frondis. In ſpeciminibus Peruvianis pinnulae duplo majores obſervantur.

Hanc ſpeciem (quae eadem ac Willdenowii eſſe videtur) ad *Hemionitides* removit Cel. *Willdenow,* propter Capſulas e venis frondis dichotomis, in pinnulis prioribus fructificantibus facile conſpicuis, prorumpentes. Eadem quoque ratione (in diario botanico jam anno 1801. I. p. 273. indicata) *Acroſt. cruciatum, ebeneum, calomelanos, ſulphureum* et *chryſophyllum* ab Acroſtichis ſejungenda eſſent et forſan deberent. Conferatis vero aliis ſpeciebus maxime horum affinibus, e. g. *A. albidulum, flavens* etc. quorum locus in ſuo genere extra omnem aleam dubitationis poſitus eſt, capſulis utpote in pagina frondis ſine ordine ſparſis praedita, in ſegregando diu haeſi. Sejungant tamen ii, quibus aliquid rectius noſcere contingat.

## *A. flavens.* pag. 16.

Habitat in America meridionali. Nee.

### *Deſcriptio.*

*Filix* elegans, ſemipedalis.

*Stipes* ſpithamaeus, teres, filiformis, ſtriatus, nigro-purpureus, glaber, lucidus, baſi verſus radicem paleaceus; paleis ſcarioſis pallide ferrugineis.

*Frons* 3-angularis, 3-4-pollicares, decompoſita.

*Foliola* oppoſita, patentia, inferiora longiora, bipinnata.

*Pinnae* oppoſitae.

*Pinnulae* diſtinctae, oppoſitae, 2-3 lin. ut plurimum ternatae, oblongae, obtuſae, integrae, planae; ſupra fuſco-virides, infra in pulvere flavo *Capſulas* numeroſas, pallide ferrugineas nitidas confertim gerentes; margine plano coſtaque nudo, ecolorato.

*Induſium* nullum.

## *A. albidulum.* pag. 16.

Habitat in America calidiore. Nee.

### *Deſcriptio.*

*Filix* pulchella, 3-4-pollicares.

*Stipes* fere capillaris, erectus, nigro-purpuraſcens.

*Frons* oblonga, decompoſita.

*Foliola* oppoſita, infima fere pollicaria, ſub 2-pinnata; apice frons tantum pinnata.

*Pinnulae* ovato-ſubrotundae, interdum trilobae, ſeſſiles ſed non adnatae, ſubcordatae, parvae, integrae, planae, ſupra glabrae, fuſco-virides, ſubtus albido-farinoſae.

*Capſulae* numeroſiſſimae paginam inferiorem praeter nervum medium et marginem planum albido-farinoſum replent, fuſcae, annulo lucidiore ferrugineo.

### *Obſervatio.*

A praecedente differt ſtatura minori et colore pinnularum; utraque ſpecies a genere Pteridis diſtincta.

# Meniſcium.

## *M. triphyllum.* pag. 19.

Habitat in India orientali, China.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* pedalis l. ſesquipedalis, filiformis, tereti-angulatus, ſupra ſulcatus, glaber.

*Frons* trifoliata.

*Foliola* ſubſeſſilia; *intermedium* duplo majus erectum; *lateralia* alterna ſed approximata patentia; omnia ovato-lanceolata, baſi interdum obliqua, apice attenuata, margine ſubintegra l. leviter repanda; utrinque glabra, parallele nervoſa, venis inter nervos transverſalibus parallelis, angulo obtuſo verſus marginem ſpectante.

*Coſta* foliorum pubeſcens.

*Fructificationes* ad angulum venarum transverſalium erumpunt ut in *M. reticulato.* Incipientes tantum obſervavi.

## *M. proliferum.* pag. 19.

***Hemionitis prolifera***, fronde pinnata decumbente axillis pinnarum proliferis, pinnis lanceolatis crenatis. Retz. obf. bot. 6. 84.

Habitat in India orientali. Koenig.

### *Defcriptio.*

*Frons primaria* magna, forfan decumbens, pinnata, fubtus pubefcens.

*Pinnae* feffiles, alternae, fpithameae, lanceolatae acutae, bafi truncatae, leviter nervofae, margine crenatae, crenis aequalibus latiufculis verfus apices pinnarum obfoletis.

Ex axillis primariarum prodeunt frondes minores fesquipedales, oblongae, ftipitibus bafi incraffatis, fquamulofis, fubangulofis glabris.

*Pinnae* majoribus fimiles, fed oppofitae, crenis minoribus.

*Fructificationes* decuffatae f. lineae a nervo medio parallele ad venam nervos interjacentem, oblique, angulo recto diftributae, angulis fuperiora refpicientibus.

*Capfulae* minutiffimae, ferrugineae, creberrime erumpentes, tandemque confluentes; hinc Acroftichi fpeciem mentitur Filix.

*Indufium* nullum.

# Hemionitis.

---

## *H. reticulata.* pag. 20.

*Hemionitis reticulata*, frondibus lanceolato-falcatis integerrimis, venis reticulatis. Forst. fl. aust. prodr. n. 423. Schkuhr Crypt. Gew. t. 6.

*Hemionitis plantaginea*, foliis lanceolatis petiolatis integerrimis: fructificationibus oblongo-reticulatis. Cavanill. prael. 1801. n. 643.

Habitat in Insulis Societatis. Forst. — In rupibus inundatis Ins. Luzonens. Née.

### *Descriptio.*

*Radices* confertae, filiformes, nigricantes, ferrugineo-villosae.

*Frondes* plures e radice, pedales et ultra, elliptico-lanceolatae, levissime falcatae, s. e basi attenuata, stipitem compressiusculum glabrum 2-3-pollicarem formante, sensim dilatatae, medio latiusculae latitudine pollicis, versus apicem acuminatae l. attenuatae, margine integrae; substantia tenuiori nec coriacea; reticulato-venosae, glabrae.

*Fructificationes* ad venas in pagina aversa prorumpentes, quasi Lineae immersae, rectae, hinc inde furcatae, anastomosantes l. subreticulatae, villosiusculae.

*Capsulae* in villo rubro-ferrugineo fotae; *Gyris* fuscis nitentibus. *Indusium* nullum.

### *Observatio.*

Filix Luzonica a Cav. descripta, vix a Forsteri separanda, licet villo capsulas fovente pene careat.

## *H. pedata.* pag. 20.

Habitat . . . . .

### *Descriptio.*

*Filix* singularis.

*Stipes* semipedalis, teretiusculus brunneus politus; apice divisus in

*Frondem* pedatam, 3-foliatam.

*Foliolum intermedium* breve, 3-lobum, lobis incisis obtusis.

*Lateralia* patentia, subsessilia, pinnatifida, *laciniis* lanceolatis leviter falcatis obtusiusculis, margine integris l. subrepandis; terminali longiori lanceolata; infimae superiores elongatae erectae iterum pinnatifidae.

*Frons* supra setis adpressis adspersa subtus hirsutie rufescenti tecta, inter quam fructificationes ad venas dichotome distributas propullulant.

*Capsulae* distinctiores licet minutae brunneae *gyris* nitentibus. *Indusium* nullum.

### *Observatio.*

Sub nomine *Pteridis pedatae* (filix alias distinctissima) olim misit b. m. Cavanilles, eheu! rebus humanis intempestive ereptus. Locus natalis mihi latet; haereo an Indica l. americana sit.

### H. rufa. pag. 20.

*Pteris rufa*, fronde pinnata, foliis oblongo-ovatis obtufis fubtus lanatis. Linn. fp. pl. ed. 1.

*Acroftichum*, fronde pinnata, foliolis oblongo-ovatis cordatis hirfutis obfolete ferratis. Hort. Cliff. p. 475.

*Acroftichum rufum*, frondibus pinnatis, pinnis oblongo-ovatis integerrimis pubefcentibus. Spec. pl. 2. p. 1525.

*Afplenium* fimplex, villofum, foliis lanceolato-ovatis leviffime crenatis, lineis fructificationis denfiffime fitis. Brown. jam. 93. n. 10.

*Afplenium tomentofum*, frondibus pinnatis villofo-tomentofis, pinnis ovatis acutis bafi incifo-crenatis, lineis fructif. numerofiffimis fubcontiguis. Lamarck Enc. vid. *Afplenium*.

*Filix* minor rufa lanugine tota obducta in pinnas tantum divifa raras non crenatas, fubrotundas. Sloan. jam. 19. hift. 1. 87. t. 45. f. 1.

Habitat in Jamaicae montium umbrofis. Ipfe. — In Brafilia. Commerçon.

### *Defcriptio.*

*Filix* 2-3-pedalis.

*Stipites* plures e radice teretes, culmi Tritici craffitie, pedales, atro-purpurafcentes l. nigricantes, ferrugineo-villofi fub-fragiles.

*Frons* erecta lineari-lanceolata 1-2-pedalis, pinnata.

*Rachis* teres, fub villo incano-ferrugineo, purpurafcens, politus.

*Pinnae* fuboppofitae l. alternae breviffime petiolatae, pollicares, patentes ovato-lanceolatae feu ovales-acumi-

natae basi rotundatae l. saepe oblique cordatae, margine integrae l. obsolete crenulatae, supra nervosae pubescentes virides, subtus *lineis* tectae *fructificantibus* approximatissimis decussantibus bifidis, rarius dichotomis, totam paginam inter costam et marginem occupantibus, Acrostichi speciem referentibus.

*Capsulae* numerosissimae, ferrugineo-rufae, pellucidae, pilis l. setis minutissimis ejusdem coloris interspersae, hinc pinnae quasi ferrugineo-striatae, lanuginosae et molles evadunt. *Gyrus* capsularum pallidus.

*O b s e r v a t i o.*

Hanc filicem ad *Hemionitin* potius quam ad *Acrostichum* pertinere, ex lineis fructificantibus dichotomis manifestum est.

Inter synonyma *Osmundam discolorem* Forst. f. *Gymnopterim* Bernhard. in Diario bot. 1801. p. 16. huc retuli, sed perperam. Diversissimae certe sunt. vid. *Onoclea*.

# Grammitis.

## *G. lanceolata.* pag. 22.

*Asplenium plantagineum β.* Lamarck Encycl. Ejusd. Illuſtr. gen. t. 867. f. 1.

Habitat in Inſula Franciae, Ind. orient.

### *Deſcriptio.*

***Radix*** congeſta e fibris numeroſis nigris.

***Frondes*** confertae, ſimplices, baſi infimo ſquamis ciliatis nigris veſtitae; ſemipedales, lanceolatae acuminatae inferne attenuatae, l. decurrentes ad latera coſtae, ſtipites marginatos quaſi formantes; utrinque glabrae, margine integrae.

***Lineolae fructiferae*** coſtae approximatae, ſubobliquae, latiuſculae, $\frac{1}{4}$-$\frac{1}{2}$ unciales.

*Capſulae* pallide ferrugineae, *gyris* fuſcis nitidis. *Induſium* nullum.

### *Obſervatio.*

Diverſiſſima a *Diplazio plantagineo* forma frondis et ſitu linearum fructif. et abſentia induſii.

## *G. elongata.* pag. 22.

*Grammitis lanceolata.* Schkuhr Crypt. Gew. 1. p. 9. t. 7. bona.

Habitat in Jamaica ad truncos arborum mufcofos.

### *Defcriptio.*

*Radices* repentes numerofae, filiformes fufco- l. ferrugineo-tomentofae radiculas l. fibrillas hinc inde exferentes numerofiffimas implexas.

*Frondes* fimplices, lanceolatae l. lineari-lanceolatae longitud. fubfpithamali, latitudine femipollicari erectae integrae, rariffime fiffae, utrinque glabrae, enerves, fubinde fquamulis minutis cinereis margine laceris punctiformibus hinc inde adfperfae; obtufiufculae.

*Stipites* nulli, fed frondes ad radicem usque ad latera coftae attenuatim decurrentes.

*Lineae* fructiferae latiufculae a cofta parum remotae, fed omnino parallelae nec obliquae,

*Capfulis* rufo-ferrugineis. *Indufium* nullum.

### *Obfervatio.*

Differt a *G. lanceolata*, quod frondes parum longiores, plerumque apice obtufae nec in acumen productae; et Lineae fructiferae non fubobliquae fed coftae omnino parallelae.

## *G. pumila.* v. addit.

*Pteris? graminea*, frondibus fimplicibus gramineis fubpollicaribus breviffimis; furculis reptantibus pilofofquamofis. Lamarck Enc. 5. p. 708.

Habitat in Infula Franciae.

### *Defcriptio.*

*Filix* fimpliciffima, pufilla.

*Surculus* capillaris, reptans, fquamis imbricatis lanceolatis reticulatis pellucidis nigris fecundis veftitus.

*Frondes* fubconfertae, fubfeffiles (ftipitibus vix diftinguendis), lineari-filiformes fesquipollicares, lat. ½ lineae, integerrimae, apicem verfus vix latiores acutiufculae, cofta f. nervo medio per totam frondem excurrente; glabrae, molles, pallide virentes.

*Linea fructifera* unica verfus apicem frondis locum nervi medii tenens, vix nifi oculo armato difcernenda.

*Capfulae* nitidiffimae, imprimis gyri. *Indufium* nullum, initio tamen forus a marginibus frondis complicatis obtegitur, dein patentibus planis.

### *Obfervatio.*

Filix facile minimas inter cenfenda; faltem adhuc ego non vidi parem. Cafu fortuito inter mufcos ab Inf. franciae advectos reperta eft, ob minutiem a gramine quodam teneri aegre diftinguenda.

## *G. aurea.* pag. 23.

*Afplenium aureum,* foliis pinnatifidis, lobis profundiffimis ovatis integerrimis, poftice petiolisque fquamofis aureis. Cavan. prael. 1801. n. 633. Anal. de Cienc. nat. 4. p. 103.

*Afplenium latifolium.* Bory de St. Vincent fur les Isles fortun. p. 311. t. VI.

Habitat in Canariis: Teneriffa.

### *Defcriptio.*

*Filix* caefpitofae.

*Radices* fibrofae.

*Stipites* 3-4-pollicares, fulcati, nigricantes, paleaceo-fquamofi.

*Frondes* 4-6-pollicares, fubpinnatae; *laciniae* fuboppofitae, inprimis inferiores, quae diftinctae et parum breviores; fuperiores bafi coadunatae; omnes oblongae obtufae, (maximae pollicares), fupra glabrae laete virentes. Cofta paleacea ut et tota pagina inferior frondis, quae tecta paleis f. fquamis imbricatis adpreffis lanceolatis denticulatis, aureo-nitentibus.

*Lineae* fructiferae obliquae ad latera nervi medii Laciniarum, latiufculae, inter fquamas prorumpentes, omn *indufio* carentes.

*Capfulae* ferrugineae, gyris nitentioribus.

### *Obfervatio.*

Varietatem *Grammitid. Ceterach* (*Afplenii Ceterach* Linn.) effe, negant Statura multoties procerior, pin-

nae diſtinctiores et longiores et ſquamae margine denticulatae nec integrae. *Grammiti* proxime accedunt haec et inſequens, ob lineas fructiferas omnino nudas. Plane induſio carent, et quod alii in Ceterach viderunt Scolopendrio conſimile, a veritate certe alienum eſt.

## *G. cordata.* pag. 23.

*Acrostichum cordatum*, fronde bipinnatifida; pinnis cordatis. Thunb. prodr. Cap. p. 171.

*Asplenium cordatum*, frondibus pinnatis bipinnatifidisve subtus paleaceis, pinnis cordatis, laciniis rotundatis crenatis. Schrad. Diar. bot. 1801. I. p. 54.

Habitat in Promontorio bonae spei.

### *Descriptio.*

*Filix* caespitosa, subspithamaea.

*Radices* numerosae, longae, filiformes, in fibrillis capillaribus subdivisae, ferrugineo-tomentosae.

*Stipites* numerosae, pollicares, teretiusculi, atro-purpurei, nitidi, squamulis raris obsiti.

*Frondes* pinnatae, 2-3 pollicares, ovato-lanceolatae.

*Rachis* squamis longioribus obsita.

*Pinnae* inferiores minores, oppositae, superiores alternae, summae coadunatae; cordato-oblongae, (inferiores fere subrotundae,) semipollicares, horizontales remote crenatae, crenis integris, vel subinde sinuatae, lacinulis rotundatis incisis, (ut pinnae interdum fere pinnatifidae); supra glabrae, saturate viridescentes, subtus squamis fusco-ferrugineis lanceolatis denticulatis nitentibus imbricatae.

*Lineolae* oblongae inter squamas longitudinaliter costae contiguae erumpunt, squamis initio tectae, absque *indusio*. *Capsulae* ferrugineae nitentes.

### *Observatio.*

Affinitas insignis cum *Gr. Ceterach;* sed differt Pinnis margine incisis, et colore stipitis atropurpureo nitido etc.

## *G. leptophylla.* pag. 23.

*Polypodium? leptophyllum*, frondibus bipinnatis, ſterilibus breviſſimis, pinnis cuneiformibus lobatis. Linn. ſpec. pl. p. 1553.

*Aſplenium leptophyllum*, foliis bipinnatis, pinnulis denſe approximatis, foliolis cuneiformibus 2-3-partitis, lobulo medio beſido. Cavan. Anal. de Cienc. nat. 5. 155. t. 41. f. 3. mala.

*Polypodium? leptophyllum.* Schkuhr Crypt. Gew. t. 26.

*Adiantum* filicinum leptophyllum hiſpanicum. Barrel. rar. t. 431. optima.

Luſitaniae, Hiſpaniae, Galloprovinciae locis humidis.

### *Deſcriptio.*

*Filix* parva, habitu delicatiori.

*Stipites* plures e radice, capillares, 2-pollicares pallidi, inferne nigricantes.

*Frondes* ovatae, bipinnatae, quaſi decompoſitae, *pinnis* alternis diſtinctis, *pinnulis* alternis, petiolatis, cuneatis, inciſo-lobatis, glaberrimis, bilineαribus.

Prodeunt et *frondes* aliae majores radicales (ſteriles Linn.), ſtipitibus multo brevioribus, ſubrotundae 3-partitae, l. ſimpliciter pinnatae, *pinnis* cuneiformibus apice latis inciſo-lobatis, dichotome venoſis. Hae pariter fructiferae!

*Lineolae fructificantes* oblongae, longitudinales, ſolitarii ad venam verſus ſingulos lobulos excurrentem.

*Capſulae* pallide ferrugineae, absque induſio, omnino nudae.

## *G. cheilanthoides.* pag. 23.

Habitat in Infula Mauritii.

### *Defcriptio.*

*Filix* fpithamea.

*Stipes* 2-3-pollicaris, filiformis angulatus fulcatus, laxus, fufco-purpurafcens, laevis.

*Frons* lanceolata, erecta, bipinnata, laete virens.

*Rachis* teretiufcula, fubflexuofa hirta, pilis hyalinis, articulatis; articulis ferrugineis (oculo armato).

*Pinnae* alternae, fed approximatae, vix pollicares, circum circa ovato-fubrotundae, patentes.

*Petioli* teretiufculi, glabri, purpurafcentes.

*Pinnulae* cuneatae, inferiores diftinctae, tripartitae, fuperiores coadunatae breviores bilobae l. integrae, lacinulisque inferiorum lineari-obovatis obtufis integris, nervofis, fupra verfum apicem convexum, fubtusque ad nervos pilis fparfis obfitis.

*Sori* non in punctis fed in lineolis folitariis breviffimis, e nervo medio pinnarum erumpentes.

*Capfulae* majufculae, pallidae, gyris concoloribus.

*Indufia* omnino nulla.

### *Obfervatio.*

Habitus quarundam fpecierum generis *Cheilanthis* imprimis *C. veftiti* aut *hirti;* at fructificationes in medio pinnularum nec marginales.

# Taenitis.

## *T. blechnoides.* pag. 24.

*Pteris blechnoides*, frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis, apice et bafi anguftatis, lineis fructificantibus a margine remotis. Willd. phyt. 1. p. 13. t. 9. f. 2.

*Taenitis pteroides.* Schkuhr Crypt. Gew. p. 21. t. 6. b. Spreng. Crypt. t. 10. f. 106. Weber bot. Briefe p. 21.

Habitat in India orientali. Mifit Cl. Rottler.

### *Defcriptio.*

*Filix* bipedalis et ultra.

*Stipes* obtusangulatus, fulcatus glaber.

*Frons* lato-oblonga, pinnata, fesquipedalis.

*Rachis* tereti-angulata, fupra fulco exarata, glabra.

*Pinnae* oppofitae, inferiores fubinde alternae, petiolatae, lineari-lanceolatae, erecto-patentes, fere pedales, latitud. media femunciali, bafi anguftatae, apice longiffime attenuatae acutae, margine integerrimae convexiufculae fubundulatae fupra venofae venis adfcendentibus dichotomis; utrinque glabrae, rigidiufculae.

Cofta media a petiolo ad apicem pinnae, teretiufcula, glabra.

*Petioli* breves angulati, fupra fulcati, glabri.

*Sori* in lineis folitariis longitudinalibus inter coftam et marginem pinnarum utrinque (a margine remo-

tis) a bafi ad apicem continuatis, leviter immerfi (hinc pinnae lineis binis longitudinalibus elevatis fupra notatae).

*Capfulae* in foris fparfae, pallidae, *gyris* ferrugineis nitidis!, pedicillis articulatis infidentes, fetis copiofiffimis, tenuiffimis ramofis? articulatis flexuofis, clava fufco-purpurafcenti torulofa terminatis, intermixtae.

*Indufia* omnino nulla.

*Obfervatio.*

Pinnae terminales anguftiores, fubenfiformes, fubfeffiles. In quibusdam apex licet rarius, bifurcatur.

## Polypodium.

### *P. adnaſcens.* pag. 25.

Habitat in Malabaria.

#### *Deſcriptio.*

*Surculi* longiſſimi, filiformes ramoſi radicantes, truncis arborum radiculis brevibus fuſco-tomentoſis adnati, teretes, ſquamulis imbricatis ovato-lanceolatis ciliatis medio fuſco-maculatis margine membranaceo nitenti tecti.

*Frondes* diſtinctae.

*Steriles* breviſſime petiolatae, oblongae obtuſae, ſubpollicares, integrae enerves aveniae, craſſiuſculae utrinque ſed imprimis infra ciliis ſtellatis adpreſſis adſperſae.

*Fertiles* verſus apices ſurculorum provenientes, longius petiolatae, lineares, obtuſae, integrae fructificationibus confertiſſimis in tomento cinereo fotis ab apice ad medietatem tectae.

*Sori* parvi. *Capſulae* ferrugineae, gyris lucidioribus.

#### *Obſervatio.*

Cum *Pteride piloſelloide* mixtum miſit Cel. Rottler e Trankebar.

## *P. ſimplex.* pag. 27.

*P. lanceolatum.* Lamarck Enc. Illuſtr. t. 866. f. 1.
Habitat in inſula Borboniae.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* e ſurculo repente, 3-4-pollicaris, teretiuſculus, glaber.

*Frons* pedalis erecta elliptico-lanceolata acuminata, margine integro obſolete repando; utrinque glabra, enervis divaricato-venoſa, ſubſtantia tenuiori nec coriacea.

*Sori* inter coſtam et marginem frondis ſolitarii, diſtincti, globoſi, ferruginei, frondi impreſſi, in pagina averſa puſtulas referentes.

*Capſulae* numeroſiſſimae; nudae.

### *Obſervatio.*

Diſtinguitur a *Polypodio lanceolato* frondis ſubſtantia tenuiori minus rigido, margine ſubrepando.

## *P. anguſtatum.* pag. 27.

Habitat in Malabaria. E Trankebar miſit Cel. Rottler.

### *Deſcriptio.*

*Surculi* repentes, radicantes teretes rigidi, nigri nudi; juniores ſquamis adglutinatis tecti.

*Frondes* ſtipitatae erectae, 1-2-pedales, lato-lanceolatae, ſupra medium in apicem elongatum, anguſtiorem ſenſim productae, margine integro convexo, coriaceae, rigidae ſupra glabrae, ſubtus incanae, oculo armato pilis ſtellatis adpreſſis, tomentoſae.

*Stipites* 2-3-pollicares, teretiuſculi ſupra plani, obtuſe ſubmarginati, pedicellis breviſſimis ſquamoſis e ſurculo ortis innati, decidui.

*Sori* maximi, ſolitarii, a medio frondis ad apicem ejus ſitae, oblongae l. ſubrotundae, in ſubſtantia frondis parum immerſae, hinc pagina ſuperior puſtulata.

*Capſulae* numeroſiſſimae absque villis immixtis, ferrugineae, *gyris* nitentioribus. *Induſium* nullum.

### *Obſervatio.*

Differt a *P. lanceolato:*

*Fronde* apice longiore valde attenuato et pubeſcentia in pagina inferiore, quae in *illo* ſquamis minutis hinc inde adſperſa.

## *P. acroſtichoides.* pag. 29.

*Polypodium acroſtichoides*, frondibus linearibus integris glabris, fructificationibus confertis. Forſt. pr. n. 434.

*Acroſtichum lanceolatum*, frondibus lineari-lanceolatis acutis; ſurculo ſcandente. Linn. ſp. pl. 1523.

Tiripanna. Rheed. Mal. 12. t. 74.

Habitat in India orientali, inque Inſulis ſocietatis et Java. Thunb.

### *Deſcriptio.*

*Surculi* repentes, radicantes, teretes, radiculas pinnatas villoſas exferentes, ſquamis peltatis undique tecti, arcte imbricatis, nitidis medio nigris, margine membranaceo pallido.

*Pedicelli* breves, 3-4-lineares, ſquamoſi, ramulorum inſtar, in ſurculis hinc inde enati, quibus inferuntur *Stipites* pollicares, anguloſi, glabri, decidui.

*Frondes* lineares, vix acuminatae, integrae margine ſubinde involutae, pedales et ſesquipedales, coriaceae, rigidae, glabrae ſubtus tomento incano (oculis nudis vix diſtinguendo) tectae; ſupra medietatem fructificantes.)

*Sori* globoſi, confertiſſimi, tomento e villis ſtellatis ſaepe immerſi, ferruginei.

*Gyri* capſularum nitentes.

*P. ſtigmoſum.* pag. 29.

Luzone Harts-Tongue. Petiv. Gaz. t. 61. f. 4.
Habitat in Java. Thunberg.

*Deſcriptio.*

*Surculus* repens . . . . .

*Stipites* anguloſi, compreſſiuſculi, ſupra ſulcati, laeves ſemipedales.

*Frondes* bipedales, erectae, lanceolato-oblongae, acuminatae, integrae, nervoſae, ſupra glabrae, nigro-punctatae, ſubtus ferrugineo-tomentoſae; coriaceae. *Coſta* ſubtus angulata.

Tomentum ex pilis breviſſimis ſtellatis compactum.

*Sori* valde contigui, minuti, in tomento rubro-ferrugineo involuti.

*Capſulae* fuſcae, *gyris* dilutioribus.

## *P. polycarpon.* pag. 30.

*Polypodium polycarpon,* foliis lanceolatis, integerrimis petiolatis, glabris, fructificationibus ſparſis. Cav. prael. 1801. n. 602.?

Habitat in Inſula Mauritii. Groendal. Java. Thunberg. Amer. merid.?

### *Deſcriptio.*

*Surculus* repens, radicans, craſſus, lignoſus, radiculas fuſco-tomentoſas faſciculatim exſerens.

*Stipites* trigoni, 2-3-pollicares, ſupra ſulcati, a fronde baſi decurrente marginati, glabri.

*Frondes* ſesquipedales, lanceolato-oblongae, acuminatae, margine integrae, ſupra glabrae, enerves, ſubtus reticulato-venoſae, ſubcoriaceae, fuſco-virides.

Coſta ſupra ſulcata, ſubtus rotundata.

*Sori* numeroſiſſimi, approximati, ſparſi, initio atomos nigros referentes, rotundati ſaepe confluentes.

*Capſulae* pallidae, gyro fuſco.

### *Obſervatio.*

Hoc et tria antecedentia Acroſtichum, quoad fructificationem confertiſſimam mentientia, ſoris diſtinctis ſubrotundis gaudent, ideoque Polypodiis merito adjungantur. De *Polypodio punctato*, *tricuſpidi* et *Lingua* eadem res eſt.

## *P. ſcandens.* pag. 31.

*P. ſcandens*, frondibus pinnatifidis laevibus: pinnis linearibus obtuſis undulatis diſtantibus, ſtolonibus radicantibus ſcandentibus. Forſt. prodr. n. 437.

Habitat in Inſulis Societatis.

## *Deſcriptio.*

*Surculi* radicantes, longiſſimi, tereti-compreſſi, radiculoſi, paleaceo-ſquamoſi, ſquamis fuſcis, ramos ſtolonum inſtar ad latera emittentes.

*Stipites* teretes, glabri, 3-4-pollicares.

*Frondes* ſemipedales, elliptico-lanceolatae, ſinuato-pinnatifidae, utrinque glabrae. Juniores repandae.

*Laciniae* lineari-lanceolatae, obtuſae, inaequales, pollicares et ſesquipollicares, diſtantes, undulatae l. leviter repandae.

*Sori* ſolitarii, margini propinqui, globoſi, paginae frondis ſubimpreſſi.

*Capſulae* pallide ferrugineae, annulis fuſcis.

## *P. puſtulatum.* pag. 31.

*Polypodium puſtulatum*, frondibus pinnatifidis laevibus, pinnis oblongis integris acuminatis. Forſt. prodr. n. 436.

Inſulae maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teretiuſculus, glaber.

*Frons* erecta, 2-pedalis et ultra, ovata, acuminata, ſinuato-pinnatifida, laevis.

*Laciniae* 3-4-pollicares, baſi latitudine ſemipollicari, ſuboppoſitae, patentes, lanceolatae acuminatae ſinubus rotundatis diſtinctae, integerrimae, utrinque glabrae vix venoſae; ſuperiores ſenſim minores obtuſiores.

*Sori* ſolitarii, maximi, remoti, ſemiimmerſi, puſtulas in fronde averſa formantes.

*Capſulae* pallide ferrugineae.

### *Obſervatio.*

*Polypodio aureo L.* aſſimilatur; ſed laciniae minus venoſae et nitidae ſuperiores etiam magnitudine decreſcunt, quae in *P. aureo* maximae.

### *P. rigidulum.* pag. 38.

Habitat in Java. Thunberg.

*Descriptio.*

*Stipes* teres, glaber, nitidus, cinereus, lineola elevata inter pinnas utroque latere decurrente.

*Frons* bipedalis et ultra, oblongo-lanceolata, pinnata.

*Pinnae* alternae, breviſſime petiolatae, 2-3-pollicares, latitudine ad baſin ſemunciali, lanceolatae, baſi obtusangulatae, apice obtuſae, ſuperiores magis acuminatae, margine obſolete ſerratae, nervoſae, reticulato-venoſae, utrinque glabrae, nitidae, rigidae, deciduae.

*Petioli* a coſta pinnarum continuati, baſi dilatata rachi adnexi ſed facile ſoluti.

*Sori* ſolitarii, coſtae contigui, approximati, ſubrotundi, impreſſi, hinc pinnae ſupra puſtulatae.

*Capſulae* pallide-ferrugineae.

Filix pulchra, colore pallide viridi, nitore et rigiditate notabilis.

## *P. triſeriale.* p. 38.

Habitat in India orientali? E muſeo Thunbergii.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teres, firmus, glaber.

*Frons* lata 2-3-pedalis, pinnata.

*Rachis* teres, glabra.

*Pinnae* oppoſitae et alternae, ſeſſiles lato-lanceolatae fere ſpithameae latitud. ⅔ pollicis baſi rotundatae, deorſum parum gibbae, apice acuminatae, ſubinde antrorſum leviter falcatae, margine integerrimae, utrinque glabrae, venoſae.

*Sori* ad latera coſtae utrinque ſeriebus tribus longitudinalibus; approximati, globoſi, rubro-ferruginei, nudi.

*Frondes* averſa pagina a fructif. impreſſis puſtulatae.

### *Obſervatio.*

*Species* Soris triplici ſerie diſtinctiſſima.

*P. taeniatum.* pag. 38.

Habitat in Java. Thunberg.

*Descriptio.*

*Stipes* teres, fulcatus, glaber.

*Frons* pedalis, pinnata.

*Pinnae* alternae, remotiufculae, feffiles, elliptico-lanceolatae, apice attenuatae 3-4-pollicares; fteriles latiores; fertiles fublineares; omnes integerrimae, venofae, utrinque glabrae margine leviffime involuto.

*Sori* folitarii, majufculi, globofi nudi, leviter immerfi unde frons fuperne puftulata.

*Obfervatio.*

Pinnae fuperiores interdum fubconfluentes.

### *P. tenellum.* pag. 38.

*Polypodium tenellum*, frondibus pinnatis, foliolis alternis remotis linearibus acuminatis undulatis. Forſt. prodr. n. 440. Schkuhr Crypt. Gew. t. 16.

Inſulae maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Surculi* ramoſi, radicantes, teretes, ſquamoſi, ſparſim emittentes:

*Stipites* circiter bipollicares, craſſitie culmi graminis, angulosos, ſupra ſulcatos, baſi ſquamoſos.

*Frondes* oblongae, pinnatae.

*Rachis* laxa, tenera, glabra.

*Pinnae* remote alternae, etiam oppoſitae, breviter petiolatae, lanceolatae, ſubfalcatae l. rectae, apice lineari obtuſiuſculo attenuatae, bipollicares, tenerae margine aequaliter repandae, quaſi undulatae, baſi ſurſum obliquae gibboſae, utrinque glabrae, venoſae, ſupra a fructificationibus puſtulatae.

*Sori* ſolitarii inter coſtam et marginem, remotiuſculi, ſubrotundi, impreſſi, nudi.

## *P. latifolium.* pag. 39.

*Polypodium latifolium*, frondibus fubbipinnatis; foliolis ovatis acuminàtis pinnatifidis lobatisque; laciniis repandis crenatis; ftipite glaberrimo nitido. Forft. prodr. n. 457. Schkuhr Crypt. Gew. t. 24.

Infulae maris pacifici.

### *D e f c r i p t i o.*

*Stipes* teres, craffitie pennae gallinaceae nitidus, atropurpurafcens.

*Frons* bipedalis, erecta, bipinnata, et tripinnatifida, apice pinnata.

*Pinnae* (f. foliola) fuboppofitae patenti-laxiufculae pinnatae l. 2pinnatifidae, pedales.

*Pinnulae* petiolatae, cordato-ovatae, acuminatae, pinnatifidae l. lobatae; lobis ovatis acutis repandis crenatis. Terminales faepe coadunatae, media oblonga acuminata pinnatifida, laciniis lato-lanceolatis attenuatis; omnes venofae, utrinque glabrae, laete virides, fubtus pallidiores.

*Sori* parvi, fparfi, depreffi, nudi, ferruginei.

## *P. lunulatum.* pag. 40.

*P. lunulatum*, frondibus bipinnatis: foliolis pinnatis apice ferratis fetaceis, pinnis lineari-oblongis falcatis apice ferrulatis; ftipite afpero. Forft. prodr. n. 456. Schkuhr Crypt. Gew. t. 23.

Infulae maris pacifici.

### *Defcriptio.*

*Stipes* teres, fcaber . . . . . .

*Frons* oblonga acuminata bipinnata patens.

*Rachis* glabra.

*Pinnae* alternae, fed per paria oppofitae approximatae, feffiles, enfiformes, 4-5-pollicares, fubpinnatae, utrinque glabrae.

*Pinnulae* femialternae coadunatae approximatae lineari-falcatae, apice obliquae acute ferrulatae, fuperioribus fenfim minoribus, ultimis in pinnam longe attenuatam lineari-fubfetaceam terminantibus; glabrae, fubtus fubciliatae, fquamulis minutis nonnullis albidis concavis veftitae, venofae, venis furcatis.

*Sori* in bifurcatura venarum, ad latera coftae pinnularum, utrinque folitarii, parvi fubrotundi.

*Capfulae* receptaculo minuto infertae, fufco-ferrugineae, nudae.

# Aſpidium.

## *A. articulatum.* pag. 42.

*Polypodium articulatum*, frondibus lanceolatis, nervis parallelis, petiolis baſi articulatis, punctis ſparſis ſublongitudinaliter diſpoſitis, ſurculo ſquamoſo. Lamarck Enc. 5. p. 514.

Lingua Cervina lucida, pediculis articulatis. Plum. fil. t. 136.

Habitat ſupra truncos arborum, in montibus Antillarum: Martinicae, Plumier; Inſ. Franciae, Commerçon.

### *Deſcriptio.*

*Surculus* radicans, repens, ſquamis imbricatis rufis pilo terminatis hirſutus.

*Pedicelli* breves, ſquamoſi, hinc inde exſerti, quibus articulo adnectuntur

*Stipites* filiformes, teretes, 1-2-pollicares, nitidi fuſci.

*Frondes* ſeſquipedales, elliptico-enſiformes, ſubmarginatae, integrae, ſubrepandae, glaberrimae, venis transverſalibus parallelis approximatis. Coſta poſtice minutiſſimis ſquamis ferrugineis obſita deciduis.

*Sori* longitudinaliter catenae inſtar flexuoſae, coſta parallele ordinati, ſubrotundi, parvi.

*Capſulae* minutiſſimae.

*Induſium* peltatum reniforme, latere in centro ſori inſertum, fuſco-membranaceum, tenuiſſimum, verſus marginem (nec apicem) dehiſcens.

## *A. neriiforme.* p. 42.

*Aſpid. piſtillare.* Schrad. Journ. 1801. I. p. 30.
*Oleandra neriformis,* caule fruticoſo, foliis lanceolatis cuſpidatis integerrimis glabris. Cavan. prael. 1801. n. 623. Hort. R. Matrit. I. Tab.
Habitat in Java, Thunberg; Inſula Mauban, L. Née.

### *Deſcriptio.*

*Surculus* radicans, adſcendens lignoſus ſubdiviſus, tereti-anguloſus, ulnaris et ultra, craſſitie pennae anſerinae, ſquamis minutis fuſcis ovatis acuminatis margine ciliato-hirtis imbricati.

*Pedicelli* 3-lineares, ſparſi l. ſubverticillatim circa ſurculum ſ. ejusdem ramos exſerti, perſiſtentes, quibus inſeruntur *articulo*

*Stipites* breviſſimi l, nulli

*Frondes* Nerii Oleandri ſimillimae, elliptico-lanceolatae utrinque acuminatae, apice lonigſſimo attenuatae, margine integrae, glaberrimae, nitidae, venis transverſe parallelis ſubtiliſſimis, ſubtus pallidiores, membranaceae, rigidiuſculae.

*Sori* ſerie longitudinali ad latera coſtae utrinque, illaeque approximati fere contigui, parvi, ſubrotundo-reniformes.

*Capſulae* ferrugineae, *gyris* fuſcis nitidis.

*Induſia* reniformi-umbilicata margine integra; poſtice medio adfixa a ſitu frondis erecto verticaliter quaſi ſ. verſus apicem frondis dehiſcentia; demum revoluta.

### *Obſervatio.*

Filix habitu ſingularis, quae reſpectu formae ſororum induſiorumve cum praecedenti maxime convenit. Prae-

ter vero dehifcentiam horum magis regularem f. ut dicitur verticalem, ab Afpidiis bene multis non discrepare videtur. Novum igitur genus inde condere prout indicavit Cel. *Cavanilles*, fuperfluum effe duxi.

B. m. Vir pro furculo caulem fruticofum defcripfit, cujus ramum frondibus alternis onuftum in Tab. citata minus exacte exhibitum vidimus, omiffis pedicellis articulatis quibus inferuntur frondes.

### *A. macrophyllum.* pag. 43.

*Hemionitis* maxima, linguae cervinae affinis. Plum. fil. 124. t. 145.

*Aſpidium martinicenſe.* Spreng. Anleit. 3. p. 133.

*Aſpidium macrophyllum.* Rudolphi Bemerk. e. Reiſe 2. p. 103. (Note.)

Habitat in Martinica, Plumier; St. Domingo, Poiteau; St. Euſtachii, Forſtröm; Caracas Amer. mer. ſec. Willd.

### *Deſcriptio.*

*Stipites* plures ex *radice* fibroſa, nigra, ſubtripedales, craſſitie pennae gallinaceae, teretiuſculi, ſupra canaliculati, glaberrimi, fuſci.

*Frondes* pinnatae.

*Pinnae* ſuboppoſitae, ſubſeſſiles, elliptico-lanceolatae, ſesquipedales, terminales tres baſi coadunatae haſtam referentes, baſi decurrentes, media latiſſima; inferiores baſi utrinque auriculatae, lobo ſuperiore breviſſimo oblongo obtuſo, inferiore longiore acuminato, interdum pinnae dimidiae longitudinis.

*Pinnae* ſuperiores lobis brevioribus baſi ſubinde pariter auctae.

Omnes membranaceae, virides, glaberrimae, ſubtus (praecipue) arcuato-nervoſae, reticulato-venuloſae, margine ſinuato-obtuſeque dentatae l. crenatae, aliquoties (imprimis media terminalis) lacinulatae, laciniis longis inaequalibus lanceolatis ſubfalcatis.

*Costae* subtus teretes, glabrae, brunneae, supra planae, sulco leviter exaratae, oculo armato (ut et nervi principales) squamulosae-hirtellae.

*Sori* seriales, subrotundi, discreti ferruginei.

*Capsulae* pallidae, diaphanae, gyro ferrugineo-nitenti.

*Indusia* peltato-reniformia, parva, facile decidua.

## *A. hirsutulum.* pag. 45.

*Polypodium hirsutulum*, frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtuse serratis, basi sursum auriculatis; stipite villoso. Forst. prodr. n. 439.

Insulae maris pacifici.

### *Descriptio.*

*Stipes* teres, villosus . . . . . .

*Frons* pinnata, erecta, oblonga, acuminata, pedalis et ultra.

*Pinnae* subsessiles, alternae, approximatae subhorizontaliter patentes, oblongo-lanceolatae acuminatae bipollicares, lat. dimidia pollicis, rectae, obtuse serratae (imprimis versus apicem), basi truncatae, rachi contiguae, sursum lobo erecto obtuso auctae, deorsum rotundatae, rarius auriculatae utrinque pubescentes, enerves, tenuissime striatulae. Costa hirta.

*Sori* solitarii inter costam et marginem, sed margini propiores, subrotundi.

*Indusium* peltato-reniforme.

### *Observatio.*

Differt ab *A. exaltato* (cui proximum) pinnis rectis non falcatis magisve serratis tenerioribusve, villositate et soris minoribus.

## *A. biſerratum.* pag. 46.

Habitat in Inſula Franciae. Groendal.

### *Deſcriptio.*

*Filix* bipedalis.

*Stipes* tereti-anguloſus, glaber.

*Frons* pinnata, oblonga.

*Pinnae* oppoſitae, ſeſſiles, patentes, 4-pollicares, enſiformes acuminatae baſi ſubcordatae, angulo baſeos inferiore paululum productiore rotundato, ſuperiore obliterato, margine obtuſe ſerratae, ſerraturis minutis bidentatis, utrinque glabrae, enerves, venis parallelis obliquis.

*Rachis* ſupra ſulcata, inferne teres glabra.

*Sori* inter coſtam et marginem (cui propinquiores) ſolitarii, ſubrotundi, parvi.

*Induſia* cordato-ſubrotunda, planiuſcula, ferruginea.

## *A. falcinellum.* pag. 46.

Habitat . . . . .

### *D e ſ c r i p t i o.*

*Filix* bipedalis et forſan altior.

*Stipes* angulatus, ſulcatus, paleaceus, ſubmuricatus.

*Frons* pinnata, ovato-lanceolata.

*Rachis* angulata, ſulcata, punctis elevatis muticis ſparſis exaſperata, paleis ſ. ſquamis ſcarioſis lanceolatis fuſcis nitidis hinc inde obſita, verſus apicem tomentoſa.

*Pinnae* breviſſime petiolatae, bipollicares et ultra, lineari-lanceolatae acuminatae baſi truncatae ſurſum deorſumque auriculatae: auricula ſuperior duplo major, rachi contigua; patentes, leviter falcatae, praecipue ſuperiores; margine obtuſe ſerratae, ſerraturis oculo armato bidentatae; ſubſtantia rigidiori, utrinque glaberrimae radiato-ſublineatae.

*Sori* ſolitarii inter coſtam et marginem, majuſculi, globoſi, tandem confluentes, imprimis in pinnis terminalibus.

*Capſulae* pallidae.

*Induſia* peltata, ſubrotunda magna, planiuſcula, centro depreſſa, pallide ferruginea, membranacea.

### *O b ſ e r v a t i o.*

Differt a congeneribus *pinnis* anguſtioribus rigidis utroque latere auriculatis. Ex horto Kewenſi ſub nomine *Polypodii auriculati* quondam habui, at ab *Aſpidio auriculato* vero et habitu et ſerraturis bidentatis mox

dignoſcitur. Illud fronde apice longe attenuata, pinnisque tantum terminalibus decreſcentibus fructiferis etiam gaudet. Ab *A. biſerrato* forma pinnarum et ſoris congeſtis ſatis discrepat, ut et ab *A. enſifolio,* cui ſerraturae omnino ſunt ſimplices.

## *A. punctulatum.* pag. 46.

Lingua cervina dentata, punctulis nigris notata. Plum. fil. p. 98. t. 112.

Habitat in Martinica, Plumier; inque Guinea Africes. Afzelius.

### *Deſcriptio.*

*Radix* e fibris longis rigidis nigris congeſta qua ſurgunt: *Stipites* plures ſuborgyiales et infra, teretes, ſupra ſulco exaratae, glabrae.

*Frondes* pinnatae. *Rachis* glabra.

*Pinnae* ſubalternae, membranaceae, laete virentes, ſpithameae enſiformes, patentes, pollicis totam l. dimidiam partem latae, apice longiori attenuatae acutae, baſi rotundatae, ſubinde uno l. altero latere auritae, margine dentibus minoribus ſubſerratae, venis dichotomis ſubparallelis verſus marginem in puncto elevato fuſco deſinentibus. *Coſtae* glabrae.

*Sori* ſubrotundi diſtincti, ſolitarii, inter coſtam et marginem, huic tamen proximiores.

*Induſia* ſubrotundo-peltata parva.

### *Obſervatio.*

*A. biſerrato* proximum videtur, at in illo deſunt puncta ſubmarginalia.

## *A. ſerratum.* pag. 47.

*Tectaria ſerrata*, foliis pinnatis, pinnulis lineari-lanceolatis profunde ſerratis: fructificationibus ſolitariis. Cavanill. prael. 1801. n. 617.

Habitat in Nova Zeelandia, inque Inſulis Marianis.

### *Deſcriptio.*

*Filix* 3-pedalis et ultra.

*Stipes* obtuſe 4-gonus, laevis.

*Frons* lato-oblonga, pinnata plana erecta.

*Rachis* 4-gona, pubeſcens.

*Pinnae* ſemipedales, ſubaequales, ſuperiores ſenſim breviores alternae diſtiche patentes, ſubtus pubeſcentes, enſiformes, apice longiore ſublineari-attenuatae; infra apicem ad baſin ſubpinnatifidae ſ. ad dimidium inciſae, laciniis fere ſemiovatis acutis leviter falcatis, integerrimis, parallele nervoſis, baſeos aequalibus.

*Sori* ſubmarginales, inter coſtam pinnae et apicem laciniarum ordinatae, ſubrotundi, minuti; *Capſulis* fuſco-ferrugineis. *Induſia* minutiſſima.

### *Obſervatio.*

In aliquot pinnis Sori deſunt praeter unicum, coſtae contiguum infra ſinum cujuscunque Laciniae.

*A. attenuato* (vid. ſupra) proximum, ſed differt laciniis baſeos aequalibus, pinnis longioribus, magisve nervoſis. *A. unito* quoque aſſimilatur, at pinnae longiores apice valde attenuatae; *laciniis* acutis ſubfalcatis, ſerraturas mentientibus, nec ut in *illo* exacte ſemiovatis obtuſis.

## *A. davallioides.* pag. 48.

*Ophiogloffum acuminatum.* Houtt. Nat. Hift. 2. p. 14. t. 94. f. 3.

Habitat in India orientali, Java. Thunberg.

### *Defcriptio.*

*Filix* 2-3-pedalis, *Adianti* facie.

*Stipes* teres, laevis.

*Frons* erecta, lanceolata, apice fenfim attenuata, pinnata.

*Rachis* craffitie culmi graminis, fupra canaliculata.

*Pinnae* alternae, fubfeffiles, lanceolatae, apice attenuato-lineari, margine inaequaliter incifae f. fubpinnatifidae, laciniis obtufis.

*Sori* apici laciniarum infidentes folitarii.

*Capfulae* pallidae, *gyris* fufcis.

*Indufia* reniformi-fubrotunda, foris minora, puncto medio inferne adfixa.

### *Obfervatio.*

Filix omnium Afpidiorum maxime fingularis, cujus Sori ad apicem laciniarum frondis rotundatum concaviufculum, indufio quafi duplici tecti, *Davalliae* f. *Dickfoniae* fpeciem referunt.

## *A. obtuſatum.* pag. 48.

*Pteris interrupta*, frondibus pinnatis, pinnis acuminatis dentatis, linea fructificante ad marginem dentium. Willd. phyt. 1. p. 13. t. X. f. 1.
Habitat in India orientali, Java. Thunberg.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* angulofus, glaber.
*Frons* oblonga, acuminata, glabra, bipinnatifida.
*Rachis* glabra.
*Pinnae* alternae, ſubſeſſiles, 4-5-pollicares, patentes, enſiformes, apice acuminatae ſubpinnatifidae, ſeu aequaliter margine inciſae.
*Laciniae* ſemirotundatae, apiculo breviſſimo ſurſum quaſi ſpectante terminatae, integerrimae, utrinque glabrae l. ſubtus tenuiſſime pubeſcentes, venoſae.
*Sori* margini laciniarum approximati contigui, minuti, capſulis ferrugineis.
*Induſia* ſubrotundo-reniformia.

### *Obſervatio.*

Apex laciniarum ſubinde inflectitur, hinc obtuſatae eſſe videntur.

Filicem *Willdenowii*, ſecundum ſpecimen a Cel. viro amiciſſime communicatum a Javenſi non diſtinguere potui. Praeter ſtipitem in illa longiorem, omnia congruunt, et ſori in utraque inframarginales, ſubrotundi, diſtincti, licet contigui. In *Aſpidio pteroidi* ſori margines fere ipſas frondis occupant et laciniae diſtinctius diviſae.

### *A. attenuatum.* pag. 48.

*Polypodium diſſectum,* frondibus pinnatis, foliolis pinnatifidis, pinnulis oblongis obtuſe ſerratis, inferioribus longioribus vix coalitis. Forſt. prodr. n. 441.
*P. exoſum.* Gmel. ſyſt. nat.
Inſulae maris pacifici.

### *D e ſ c r i p t i o.*

*Stipes* 4 gonus, ſulcatus, glaber, pedalis.
*Frons* bipedalis, ovato-lanceolata erecta ſubbipinnatifida.
*Rachis* angulata, pubeſcens.
*Pinnae* ſuboppoſitae, ſeſſiles, patentes, lanceolato-lineares, ſemiſpithameae, valde attenuatae, apice ſublineari obtuſiuſculo ſerrato, margine aequaliter inciſae: *laciniis* ovatis acutis ſubfalcatis, ſubintegris l. obſolete ſerratis, nervoſis, ſupra glabris, ſubtus imprimis nervo pubeſcentibus; baſeos utrinque parum majoribus.
*Sori* a coſta pinnarum ad apices laciniarum ordinati, marginibus contigui approximati hirti, ex capſulis pilis minutiſſimis immixtis.
*Induſia* minutiſſima ſubrotunda, hirta.

### *O b ſ e r v a t i o.*

*Aſpidio patenti* proximum, at differt pinnis anguſtioribus laciniiſque acutioribus.

## *A. pennigerum.* pag. 49.

*Polypodium pennigerum*, frondibus pinnatis glabris, foliolis linearibus acuminatiffimis fubpinnatis, pinnis ovato-oblongis obtufis connatis. Forft. prodr. n. 444. Schkuhr Crypt. Gew. t. 22.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Defcriptio.*

*Stipes* 4-gonus, pubefcens.

*Frons* 3-pedalis, erecta, oblongo-lanceolata, acuminata, bipinnatifida.

*Pinnae* inferiores oppofitae, remotae, fuperiores alternae magis approximatae, lineari-lanceolatae, fpithameae, lat. femunciali, apice longo attenuatae, pinnatifidae.

*Laciniae* ovato-oblongae, leviter falcatae, apice obtufiufculae, integrae venofae, venis fubtus pubefcentibus, fupra ftriatulae; infimae f. bafeos aequales; fubtus nervofae.

*Sori* inter coftam et apicem laciniarum a margine remoti, minuti, ferruginei.

*Indufia* minuta, reniformi-peltata.

### *Obfervatio.*

Simillimum *A. patenti*, discrepat vero magnitudine, laciniisque bafeos pinnarum aequalibus. Eadem nota ab *A. invifo* diftinguitur, cujus laciniae infimae ceteris breviores.

## *A. limbatum.* pag. 50.

Habitat in Caribaeis. In Guadelupa invenit Fahlberg.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* tereti-angulatus, glaber.

*Frons* fesquipedalis, oblonga, acuminata inferne dilatata, ſubbipinnata.

*Pinnae* oppoſitae, horizontaliter patentes lanceolatae attenuatae, ſubpinnatae.

*Laciniae* ſ. *pinnulae* oblongae, ſubacutae, patentes, ſuperiores imprimis coadunatae; infimae deorſum auriculatae, inciſae, auriculis ovatis acutis conniventibus; omnes parallele nervoſae, leviter ſerrulatae, utrinque glabrae.

*Rachis* glabra, ſupra ſulcata.

*Sori* ipſis ſerraturis inſidentes, ſubrotundi diſtincti.

*Induſia* cordato-ſubrotunda, planiuſcula, fuſco-ferruginea.

### *Obſervatio.*

*Aſpidio marginali* in quibusdam ſimile; illud vero pinnis brevioribus, pinnulis magis coadunatis obtuſis ſubintegris, ſoris majoribus induſiisque ſubpeltatis gaudet.

## *A. truncatulum.* pag. 52.

*Adiantum lunulatum*, frondibus pinnatis, pinnis lunulatis quinquefloris. Houtt. nat. hiſt. 2. 14. t. 100. f. 1.

Habitat in montibus Javae. Thunberg.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* canaliculatus, glaber.

*Frons* ovato-triangularis, pedalis et ſesquipedalis, bipinnata.

*Rachis* ſulcata, hirſutiuſcula.

*Pinnae* alternae approximatae, patentes, enſiformes, ſemipedales, pinnatae.

*Rachides partiales* canaliculatae, pubeſcentes, margine utrinque ad inſertiones pinnularum ſetis rigidis ſtipularum inſtar praeditae.

*Pinnulae* ſubpetiolatae, alternae, approximatae, dimidiatae, rhombeo-ovatae, baſi truncata rachi contiguae, vix ſemunciales, deorſum planae, ſublunatae, ſurſum rotundatae, baſi ſubrectangulatae, apice retuſae, margine integrae, leviſſime undulatae, utrinque glabrae, absque nervis, vix venoſae.

*Sori* verſus marginem ſuperiorem laciniarum 4-5, globoſi, remotiuſculi.

*Capſulae* pallide ferrugineae.

*Induſia* majuſcula, ſubpeltata, ſubtus compreſſa, criſtae inſtar, foris medio transverſe inſerta, illos primum tegentia, demum complicata.

### *Obſervatio.*

Species valde peculiaris in hoc genere. Facies omnino *Adianti*, ut, niſi fructificatio obſervata eſſet, ad Aſpidia minime referretur.

## *A. ariſtatum.* pag. 53.

*Polypodium ariſtatum*, frondibus bipinnatis: foliolis inferioribus pinnatis, rhombeo-oblongis inciſis, ſegmentis mucronato-ſerratis, ſtipite villoſiuſculo. Forſt. prodr. n. 448.

Inſulae maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teretiuſculus, glaber, villoſiuſculus ſ. punctis minutiſſimis nigris villisque raris hinc inde adſperſus.

*Frons* oblongo-lanceolata ſ. triangularis, 2-pinnata.

*Pinnae* alternae 2-3-pollicares oblongo-acutae.

*Pinnulae* alternae, inferiores petiolatae rhombeo-oblongae l. ovatae, ſuperiores ſeſſiles, interdum coadunatae; omnes ſerratae, ſerraturis mucronatis, infimae inciſae, lacinia ſurſum majori quaſi auriculata; glabrae, nitidae ſubtus incano-nitentes.

*Sori* inter marginem et nervum pinnularum parvi, ferruginei.

*Induſia* peltato-reniformia, fuſca.

*A. veſtitum.* pag. 53.

*Polypodium veſtitum*, frondibus ſubbipinnatis, pinnis rhombeo-ovatis acutis inciſo-ſerratis, infimis lobatis ſubpinnatis, ſtipite ſquamis ſcarioſis veſtito. Forſt. prodr. n. 445.

Inſulae maris pacifici.

*Deſcriptio.*

*Stipes* angulatus, rigidus, ſquamis ſcarioſis veſtitus.

*Frons* ovato-lanceolata 2-pedalis et ultra, 2-pinnata.

*Rachis* paleaceo-ſquamoſa ſub ſquamis hirſuta. Squamae ſparſae imprimis ſuperiores ovato-lanceolatae membranaceo-ſcarioſae, fuſco-caſtaneae.

*Pinnae* alternae, 2-3-pollicares, patentes lanceolatae acuminatae, attenuatae.

*Pinnulae* breviſſime petiolatae, $\frac{1}{4}$-$\frac{1}{2}$-unciales, rhombeo-ovatae, mucronulatae, inciſo-ſerratae l. crenatae, lacinia baſeos majori, ſurſum ſubauriculata; infimae l. ad baſin pinnarum pinnatifidae, lacinulis conformibus; utrinque glabrae, ſuperne ſtriatulae, rigidiuſculae, ſubtus pallidiores. Raches partiales etiam ſquamuloſae.

*Sori* ad latera nervi pinnularum minuta.

*Capſulae* minutiſſimae.

*Induſia* parva, peltata, pedicello ſupra centrum Sori elevata, diſco demum revoluto, quaſi concavo ſubinfundibuliformi.

*Obſervatio.*

Simillimum *Aſpidio lobato* habitu, ſtipite rachive ſcarioſo-ſquamoſo et figura pinnularum, ſed in illo pinnulae evidentius auriculatae, ſerraturis omnibus ariſtatis et induſiorum forma diverſa.

*A. drepanum.* pag. 54.

Habitat in Madera.

*D e ſ c r i p t i o.*

*Frons* compoſita, 2-pedalis et ultra; ovato-lanceolata, 2-pinnata.

*Foliola* ramorum inſtar remota, alterne diſticha, patentia, curvato-adſcendentia; inferiora pedalia.

*Pinnae* ſubpetiolatae, ſuboppoſitae, lanceolato-falcatae, biunciales, apice attenuatae, margine inciſae, inciſuris inferioribus ovatis, infima majori, (hinc pinnae ſurſum auriculatae;) ſuperioribus acutis mucronulatis; omnes utrinque glabrae, venuloſae.

*Rachides* anguloſae, paleis ſparſis membranaceis ovato-lanceolatis pallidis obſitae.

*Sori* inter nervum et marginem pinnarum, remotiuſculi, parvi, pallide-ferruginei.

*Induſia* minuta, cordato-ſubrotunda.

*O b ſ e r v a t i o.*

An *frons* potius ſupradecompoſita? Unicum ſpecimen filicis tantum vidi, a quo deſcriptio ſumta eſt.

## *A. hiſpidum.* pag. 56.

*Polypodium ſetoſum.* Forſt. prodr. n. 447?
Habitat in nova Zeelandia.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teres, tenuis, rigidus ſetis laxis baſi rigidis, nigris hiſpidus.

*Frons* ſemipedalis, 3-anguli forma l. ovata, acuminata, erecta, rigidiuſcula; compoſita, 3-pinnata.

*Foliola* oblongo-lanceolata attenuata, 2-3-pollicaria, inter pinnas quaſi marginata; 2-pinnata ſuperne 2pinnatifida l. tantum pinnata inciſa.

*Pinnae* ſuboppoſitae oblongo-lanceolatae marginatae.

*Pinnulae* l. laciniae oppoſitae lineari-lanceolatae, inciſo-ſerratae, nervis utrinque hirtis. Oculo armato corpuſcula minuta lineari-ovata flava in pagina inferiori deteguntur.

*Sori* verſus baſin laciniarum infra inciſuras ſolitarii.

*Capſulae* pallidae.

*Induſia* parva, peltata, pedicellata, fuſca.

## *A. aemulum.* pag. 60.

*Polypodium aemulum*, fronde quadripinnatifida glabra, pinnis oblongo-linearibus inciſis: pinnulis apice denticulatis. Aiton. Hort. Kew. 3. p. 466.

Habitat in Madera.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teres, glaber, ſemipedalis.

*Frons* pedalis, decompoſita, triangularis, acuminata, glabra.

*Foliola* oppoſita, 3pinnatifida, patentia, oblonga, acuminata.

*Pinnae* oppoſitae, oblongae, acutae.

*Pinnulae* decurrentes, oblongo-lineares inciſae, infimae pinnatifidae obtuſiuſculae, apice denticulatae, utrinque glabrae.

*Sori* ad ſinum cujuscunque inciſurae ſolitarii, ferruginei.

*Induſia* ſemiovata, lateralia, membranacea albida, intus quaſi dehiſcentia.

### *Obſervatio.*

Diſtinguitur ab *A. umbroſo* et *axillari* figura frondis.

# Asplenium.

## *A. australe.* pag. 75.

*Acrostichum australe.* Linn. suppl. p. 444.
Provenit in Insula Mauritii et Borboniae.

### *Descriptio.*

*Filix* semipedalis.

*Stipites* plures e caespite squamis lineari-subulatis membranaceis ferrugineis nitentibus congesta, radiculas simplices villosiusculas fuscas inferne emittente, filiformes rigidi nudi, basi angulati fusco-nitentes, in frondes consimiles abeuntes dichotome subdivisas, laciniis linearibus angustissimis rigidis, convexis, curvato-secundis, apice tereti-subulatis, exalbido-viridibus.

*Fructificationes* intra margines concavas frondis in linea costae utrinque parallela continua, *indusiis* submarginalibus continuis membranaceis ferrugineis, initio supra costam conniventibus.

*Capsulae* brunneae, gyris latiusculis, saturatioribus nitentibus.

### *Observatio.*

Pteridem fere refert, sed lineae fructificantes non ipso margini sed inter illum et costam insident. Maxima adeoque affinitas cum *Asplenio septentrionali* (*Acrostichum* L.) cui habitu et figura valde simile; frondes vero magis determinate divisae, angustiores, longiores et rigidiores.

*Acroftichum auftrale L.* Suppl. procul dubio duas involvit fpecies diftinctas, hanc fcilicet et alteram feu *Acroftichum* (mihi Afplenium) *radiatum Koenigii*, cujus differentia fpecifica in fuppl. legitur fub *A. auftrali*, quod vero mox infra eodem loco defcribitur. *Vahlius* b. m. *A. radiatum* quoque, licet perperam tefte Cl. *Smith* et autopfia herb. Linn. cfr. Act. Taurin. Vol. 5. p. 36. pro *A. auftrali* habuit delineatumque dedit Symb. I. t. 25. Habitu et ftipite nudo quidem congruunt, at frondes *A. radiati* apice radiato-dichotomae, laciniis bipartitis linearibus acuminatis rectis patentibus nec curvato-fecundis. Fructificatio eadem, fed color faturatior.

Structura etiam cum *Schizeis* conveniunt, imprimis cum *Schizaea digitata;* attamen illa Rimata eft, ideoque forma capfularum diverfa gaudet.

---

*A. decuffatum.* pag. 76.

Habitat in Infula Mauritii et Borboniae.

*Defcriptio.*

*Frondes* 3-pedales et ultra; pinnatae.
*Stipes* tereti-angulofus, fupra fulcatus, laevis.
*Pinnae* fubfeffiles, alternae, oblongae, acuminatae, ad bafin fubcordatam leviter incifae, quafi auriculatae; fex-octo-pollicares, latitudine 1-fesquipollicari margine fubferratae, utrinque glabrae, nervofae; nervis obliquis furcatis; fubtus pallidiores.
*Pinna* terminalis elongata, haftata l. bafi pinnatifida.
*Sori* lineares, breviffimi, approximati; ordine duplici inter nervos, angulo acuto, parallele decuffantes.
*Capfulae* ferrugineae.
*Indufia* verfus nervum dehifcentia, pallide ferruginea.

*Obfervatio.*

In axillis pinnarum fuperiorum prodeunt fubinde Globuli f. bulbilli feffiles, foliola radicantia f. propagines exferentes.
*Diplazium* mentitur, fed fpecies *Afplenii* eft.

## *A. macrophyllum.* pag. 77.

Habitat in Inſula Franciae. Groendal.

### *Deſcriptio.*

*Filix* facie et forma Adiantis ſimilis.

*Stipes* ſulcatus, glaber.

*Frons* ovalis, ſesquipedalis, pinnata:

*Pinnae* ſuboppoſitae, petiolatae, trapezio-ovatae, acuminatae, apice obtuſo; angulo baſeos ſuperiore obtuſo, inferiore obſoleto; 4-6-pollicares, lat. 2-unciali, margine inciſae inaequaliter ſerratae ſ. dentatae, utrinque glabrae, ſupra ſubnitidae, radiatim venoſae; rigidiuſculae, papyraceae.

*Sori* tenuiſſimi, longiſſimi (2-3-unciales), valde approximati, inter coſtam et marginem pinnae oblique ſ. angulo acutiſſimo parallele diſtributae, uno l. altero interjecto breviore, coſtam non attingente.

*Capſulae* pallide ferrugineae.

*Induſia* anguſtiſſima, verſus coſtam dehiſcentia.

### *Obſervatio.*

*A. macrophyllum Cavan.* prael. 1801. n. 640. ab hoc diverſiſſimum.

*A. lineatum.* pag. 77.

Habitat in Infula Franciae. Groendal.

*Defcriptio.*

*Stipes* angulatus, laevis, fufco-viridis.

*Frons* bipedalis, lanceolata, pinnata.

*Rachis* glabra, fufca.

*Pinnae* fuboppofitae, fubfeffiles, bipollicares, lato-lanceolatae, lat. femunciali, leviter falcatae, apice lineari-attenuatae, margine fubaequaliter ferratae, bafi furfum rectangulatae, angulo poftico obtufiore, parallele nervofae, quafi lineatae, glabrae, laete virentes.

*Sori* lineares, per totam pinnam a cofta ad margines producto, parallele decuffantes, aequales, approximati.

*Capfulae* rubro-ferrugineae.

*Indufia* verfus coftam dehifcentia.

### *A. polyodon.* pag. 77.

*Aſplenium polyodon*, frondibus pinnatis, foliolis trapezoidibus acuminatis acutis duplicato-ſerratis. Forſt. prodr. n. 428.

Habitat in nova Zeelandia.

*Deſcriptio.*

*Filix* pedalis.

*Stipes* teretiuſculus, glaber, niger.

*Frons* lanceolata, pinnata.

*Pinnae* oppoſitae, ſubſeſſiles, trapezio-ovatae acuminatae, duplicato-ſerratae l. potius dentatae, pollicares, parallele ſtriatae; inferiores breviores obtuſiores; utrinque glabrae.

*Sori* paralleli, approximati.

*Obſervatio.*

Approximatur *A. dimidiato*, habitu, ſtipite fuſco et figura pinnarum. Illius vero oblongae ſunt magisve attenuatae, margine inciſo-ſerratae.

*A. nitens.* v. addit.

Habitat in Inf. Borboniae.

*Defcriptio.*

*Surculus* craffus, repens, radiculas numerofas fubdivifas exferens, fquamis nigris rigidis fetofis veftitus.

*Stipites* bafi discreti, pedales, tereti-compreffi, altero latere canaliculati, glaberrimi, fufci coloris, politi, craffitie pennae gallinaceae.

*Frondes* bipedales et forfan ultra, lato-lanceolatae, erectae, pinnatae.

*Rachis* femiteres, fupra canaliculata, glabra.

*Pinnae* fuboppofitae, fuperiores alternae; *bafeos* feffiles, rhomboideae, obtufae, pollicares; *fuperiores* 2-3-pollicares, fubpetiolulatae l. bafi cuneatae, trapezio-lato- l. ovato-lanceolatae, apice longiffimo attenuato fubcaudatae.

Summa feu terminalis faepe latior, laciniata apice longiffime exferta.

Omnes margine crenulatae l. obtufe ferrulatae, nervis dichotomis approximatis a cofta ad marginem oblique difpofitis ftriatae; utrinque glabrae fubtus pallidiores, fcariofo-membranaceae.

*Sori* in lineis longis unica ferie coftae oblique approximatis.

*Capfulae* numerofiffimae ferrugineae, *indufiis* anguftiis longitudine foriun, intus dehifcentibus.

*Obfervatio.*

*Afplenio fulcato* in quibusdam convenit, diverfum tamen pinnis variis harumque figura et confiftentia.

*Nella panna Marawara* Rheed. Mal. 12. t. 18. hujus ſynonymon diceretur utpote valde ſimilis; ſed deſunt pinnae baſeos abbreviatae in icone Rheediana, ubi etiam pinnae margine duplicato-ſerratae depinguntur.

## *A. tenerum.* pag. 78.

*Aſplenium tenerum,* frondibus pinnatis, foliolis rhombeo-oblongis obtuſis inciſo-ſerratis. Forſt. prodr. n. 431.

Inſulae maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Filix* circiter pedalis.
*Stipes* glaber, debilis.
*Frons* lanceolata, pinnata.
*Pinnae* plerumque oppoſitae, breviter petiolatae, rhombeo-oblongae obtuſae licet verſus apicem parum anguſtiores, pollicares, inciſo-ſerratae, baſi ſurſum ſubauriculatae; terminales confluentes, utrinque glabrae, virides tenerae.
*Rachis* glabra.
*Sori* obliqui, breves, paralleli, approximati, ferruginei.
*Induſia* membranacea albida.

### *Obſervatio.*

Simile *Aſplenio lunulato* (*A. falcato* Thunb. prodr.); illud vero pinnis falcatis apice magis rotundis margine ſubintegris gaudet.

## *A. obtuſatum.* pag. 78.

*Aſplenium obtuſatum*, frondibus pinnatis; foliolis oppoſitis oblongis obtuſis ſerratis. Forſt. prodr. n. 430.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Deſcriptio.*

*Filix* ſtaturae minoris.

*Stipes* teres, ſtriatus, viridis.

*Frons* oblonga, pinnata.

*Pinnae* petiolatae oblongae, unciales, baſi ſurſum oblique truncatae, apice rotundatae, obtuſae; margine ſerratae l. duplicato-ſerratae, rigidiuſculae, ſubtus ſubalbicantes.

*Sori* obliqui, paralleli, approximati, latiuſculi.

*Capſulae* ferrugineae.

### *Obſervatio.*

Simillimum *A. marino L.* ſed pinnae magis oblongae, quae in *marino* trapezio-ovatae fere breviores ſurſum angulatae et ſtipes fuſcus.

## *A. obliquum.* pag. 78.

*Afplenium obliquum,* frondibus pinnatis, ftipitibus fquamulofis; foliolis oblongis oppofitis acuminatis ferratis, margine exteriore breviore. Forft. prodr. n. 429.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Defcriptio.*

*Stipes* tereti-fulcatus, fquamulofus, fufco-viridis.

*Frons* 1-2-pedalis, oblonga, pinnata.

*Pinnae* plerumque oppofitae, breviter petiolatae, trapezio-oblongae, furfum deorfumque bafi truncatae, apice acuminatae, fimpliciter ferratae, ferraturis obtufis; glabrae, fubtus nervofae pallidiores; confiftentia firmiori.

*Sori* breves, obliqui, elevati.

*Capfulae* fnfco-ferrugineae.

### *Obfervatio.*

Hoc et *A. obtufatum* proximae fpecies: pinnae *A. obliqui* duplo longiores attenuatae; in *obtufato* breviores, obtufae et frons ipfa multo minor.

## *A. lucidum.* p. 78.

*Asplenium lucidum,* frondibus pinnatis, foliolis oppositis oblongo-ovatis acuminatis serrulatis. Forst. pr. n. 427.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Descriptio.*

*Stipes* teres supra canaliculatus, glaber.

*Frons* 2-pedalis, pinnata, latitudine pedali.

*Pinnae* suboppositae elliptico-lanceolatae, non falcatae, interdum latiores acuminatae (basi sensim attenuatae) spithameae, serratae, utrinque glabrae, virides.

*Sori* parallele obliqui, approximati.

*Indusia* exalbido-membranacea.

### *Observatio.*

Differt ab *A. falcato* l. *eroso*, quod pinnae basi utrinque aequaliter in petiolum attenuatae — non falcatae — et serraturae simplices.

## *A. compreſſum.* pag. 79.

Habitat in Inſula St. Helenae. Maſſon.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* craſſus, compreſſiuſculus, glaber.

*Frons* pinnata, glabra.

*Pinnae* ſuboppoſitae, 4-pollicares, ſubſeſſiles oblongo-l. lato-lanceolatae, latitud. fere pollicari, baſi obliquae, ſurſum productae quaſi ſemicordatae, lobis ſupra rachin conniventibus, deorſum truncatis, decurrentibus (hinc rachis marginata, anceps); margine obtuſe ſerratae venoſae, utrinque glabrae.

*Sori* obliqui, latiuſculi, partem dimidiam pinnae inter coſtam et marginem occupantes.

*Capſulae* ferrugineae.

*Induſia* albida membranacea, intus dehiſcentia.

## *A. laetum.* p. 79.

Habitat in India occidentali.

### *Deſcriptio.*

*Filix* ſeſquipedalis et forſan altior.

*Stipes* teretiuſculus, glaber fuſcus l. atro-purpuraſcens.

*Frons* lanceolata, pedalis, erecta pinnata.

*Pinnae* alternae, breviſſime petiolatae, pollicares trapezio-oblongae acutiuſculae patentes, inferiores deflexae, baſi inaequales, furſum rectangulatae ſubauriculatae, deorſum ſublunatae, margine inaequaliter obtuſeque inciſo-ſerratae, glabrae, laete virides, membranaceae.

*Sori* diſtincti in lineolis brevibus obliquis anguſtiſſimis medio inter coſtam et marginem.

*Capſulae* ferrugineae. *Induſia* fuſca, tenerrima.

### *Deſcriptio.*

Affine *A. lunulato* et *marino*, ſed differt ab utroque magnitudine, pinnisque longioribus acutis et inaequaliter inciſo-ſerratis et baſi ſubtus ſublunatis.

---

### *A. polypodioides.* pag. 79.

*Afplenium trichomanoides*, fronde pinnata glabra, pinnis feffilibus fubhaftato-oblongis obtufiufculis, leviter ferratis; fruct. lineis breviffimis. Michaux flor. bor. amer: p. 265.

Filix parva *Virginiana*, pinnulis productioribus fubrotundis afperis, ad bafin utrinque auriculatis. Pluk. almag. 152. ph. t. 287. f. 2. Morif. h. 14. t. 2. f. 12.

Habitat in America feptentrionali, Yerfey, Carolina.

*Defcriptio.*

*Filix* 1-2-pedalis, lineari-lanceolata, pinnata.

*Stipes* teretiufculus, fufco-purpureo-nitens.

*Pinnae* feffiles, fuperiores diftinctae, horizontales fed non remotae, cordatae oblongae obtufae bafi utrinque (furfum imprimis) obtufe auritae, margine apiceque fubferratae, femipollicares, laete virides; inferiores fenfim minores, demum breviffimae.

*Sori* lineares, breviffimi, ad latera coftae utrinque, puncta *Polypodii* mentientes, aetate confluentes.

*Indufia* femilunaria minuta, intus dehifcentia.

*Obfervatio.*

In fpeciminibus adultioribus, Sori confluentes pinnas omnino tegunt.

### *A. flabellifolium.* pag. 81.

*Afplenium flavelifolium,* foliis pinnatis, pinnulis rotundis crenatis cuneatis. Cavan. prael. 1801. n. 636.
Habitat in nova Hollandia.

*Defcriptio.*

*Stipites* filiformes, laxi, glabri, virides.

*Frondes* pedales et ultra, laxae, pinnatae, *rachi* filiformi laevi fupra fulcata, fuperne nuda, longiffima apice radicans, prolifera.

*Pinnae* alternae, rhombeo-fubrotundae bafi cuneato fubfeffiles, margine anteriore crenato-acute dentatae, radiato-nervofae, glabrae virides.

*Sori* radiati, lineares, demum confluentes.

*Capfulae* numerofae, pallide ferrugineae.

*Indufia* alba.

*A. ambiguum.* pag. 81.

*Pari-panna-Marawara.* Rheed. Mal. 12. t. 15. Habitat in India orientali; Java, Thunberg.

*Descriptio.*

*Stipes* angulatus, glaber.

*Frons* oblonga, acuminata, inferne bipinnata, medio 2-pinnatifida; apice simpliciter pinnata.

*Pinnae*, *pinnulae*que subsessiles oblongo-lanceolatae, basi dilatatae, utrinque auriculatae, subhastatae, serratae, l. inciso-serratae, acuminatae, superiores saepe obtusae transverse nervosae, glabriusculae pollicares l. sesquipollicares.

*Sori* ad nervos transversales utrinque brevissimi, paralleli, quasi decussati (ut in *A. decussato*, vid. supr.), ferruginei.

*Indusia* angustissima intus hiantia.

*A. acroſtichoides.* pag. 82.

Habitat in America ſeptentrionali.

*Deſcriptio.*

*Stipes* teres, pallidus, glaber.

*Frons* ovata, acuminata, ſubpedalis 2-pinnatifida.

*Pinnae* alternae, enſiformes, 3-4-pollicares, apice attenuato-lineari, patentes, pinnatifidae.

*Laciniae* diſtinctae, ovatae, horizontales, baſi latiore, ſinu rotundato coadunatae, quaſi marginatam rachin reddentes, apice acutiuſculae, margine ſerrulatae, ſupra hirtae, a venis ſtriatae ¼-unciales.

*Sori* breves, transverſales ad latera nervi medii laciniarum, contigui, ſubconfluentes, tamen diſtincti.

*Capſulae* ferrugineae.

*Induſia* parva concaviuſcula, integra.

*Obſervatio.*

*Fructificationes* et *induſia* hujus et *polypodioides* ſimillima; ab *Aſpidii filicis feminae* non valde discrepant.

*A. coftale.* pag. 82.

Habitat in India occidentali, Jamaica.

*Defcriptio.*

*Filix* grandis, 4-5 pedalis.

*Stipes* tereti-fulcatus, fupra canaliculatus, laevis.

*Frons* bipinnatifida, oblonga, acuminata.

*Pinnae* pedales et ultra, alternae lato-lanceolatae, profunde pinnatifidae.

*Rachides* teretiufculae, fulcatae, fquamulofae.

*Laciniae* alternantes, approximatae, finu acuto diftinctae, ovato-lanceolatae acuminatae leviter falcatae margine ferrulatae, parallele venofae, venis furcatis, fupra marginem lineatae, rigidiufculae utrinque glabrae, cofta fubtus fubfquamulofa.

*Sori* f. lineae fructiferae fublunatae, ad medietatem laciniarum tantum productae obliquae (nec ad marginem) coftae altero apice quafi adnexae, turgidae, femicylindricae.

*Capfulae* pallide ferrugineae.

*Indufia* majufcula, elliptica, ferruginea demum fufca.

### *A. caudatum.* pag. 82.

*A. caudatum*, frondibus pinnatis, foliolis pinnatifidis linearibus apice setaceis, segmentis obtusis apice inciso-serratis; stipite hirto. Forst. prodr. n. 432.

*Insulae* maris pacifici.

### *Descriptio.*

*Filix* 2-3-pedalis.

*Stipes* teres, fuscus, squamulosus, hirtus.

*Frons* lanceolata, pinnata, glabra, subtus pallidior.

*Pinnae* oppositae, petiolatae, lanceolatae 3-4-unciales, apice longo lineari attenuatae, profunde incisae l. subpinnatifidae, laciniis ovatis obtusiusculis inciso-serratis. Apex pinnarum inciso-serrata.

*Laciniae* baseos sursum majores subauriculatae.

*Sori* inaequales, 2-3-, longitudinales.

### *Observatio.*

*A. bissecto* affine; illud vero multo minus et tenerius, laciniis pinnarum apice 2-partitis; et stipes glaber.

## *A. bulbiferum.* pag. 83.

*A. bulbiferum*, frondibus fubbipinnatis, foliolis decurrentibus oblongis obtufis pinnatifidis; fructificationibus proliferis. Forft. prodr. n. 433.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Defcriptio.*

*Stipes* teres, glaber, faepe fufco-maculatus.

*Frons* 2-pinnata, glabra, 1-2-pedalis.

*Pinnae* alternae, ovato-lanceolatae attenuatae, fpithameae, pinnatae.

*Pinnulae* cuneato-oblongae bafi decurrentes (hinc rachis pinnarum marginata), pollicares incifo-ferratae: laciniis lanceolatis acutis; infimis furfum bidentatis.

*Sori* oblongi, infra incifuris pinnularum, obliqui breves. *Capfulae* ferrugineae. *Indufia* femiovata intus dehifcentia.

### *Obfervatio.*

Species peculiaris, e pagina fuperiore pinnularum bulbillos hinc inde proferens, foliola pedicellata cuneata incifa emittentes; hi demum decidui novae plantulae initia.

*Afpl. bulbiferum* Cl. Bernhardi de quo in differtat. de genere Afplenii mentionem fecit, ad *A. rhizophorum* *Linn.* fpectat. Vid. obf. meas in Diario bot. 1801. I. p. 284.

*A. affine.* pag. 84.

Habitat in India orientali. Groendal.

*D e ſ c r i p t i o.*

*Filix* 2-3-pedalis.
*Stipes* teres, glaber, cinereus.
*Frons* elongata, lanceolata apice attenuata, 2-pinnata.
*Rachis* angulato-teretiuſcula.

*Pinnae* inferiores ſuboppoſitae patentes; inferiores alternae; ovato-lanceolatae.

*Pinnulae* ſubpetiolatae, rhombeo-ovatae ſubacutae, (baſi ſurſum et deorſum angulatae), margine aequaliter dentatae, utrinque glabrae nec nitidae, nervoſae; ſuperiores confluentes in pinnam lanceolatam ſerratam. Inferiores ſurſum pinnatifidae auricula cuneato-ovata.

*Sori* diſtincti, latiuſculi, ad coſtam utrinque obliqui. *Capſulae* ferrugineae. *Induſia* pallidiora.

*O b ſ e r v a t i o.*

In multis convenit cum *A. rhizophoro*, ſed vix apice radicans ut illud; conſiſtentia firmiori gaudet et pinnis ſubacutis, quae in *A. rhizophoro* ſubretuſae, dentibus minoribus. Stipes ejus de cetero ruber et color totius frondis habitu laxioris laete virens.

*A. nitidum.* pag. 84.

Habitat in India orientali, Trankebar, unde ſub nomine *A. Adianti nigri* miſit Cl. Rottler.

*Deſcriptio.*

*Filix* 2-3-pedalis.
*Stipes* pedalis et ultra, teres, glaber, rigidus fuſco-nigricans nec politus.
*Frons* forma deltoidea, latitudine pedali 2-pinnata.
*Rachis* teres, medio ſulcata.
*Pinnae* alternae, horizontaliter patentes.
*Pinnulae* diſtinctae, petiolatae rhombeo-ovatae ſ. ſurſum deorſumque baſi angulatae apice rotundatae, ſerrato-dentatae ſupra lineato-ſtriatae ſubtus radiato-venoſae. *Infimae* baſi pinnatifidae ſ. auricula cuneato-obovata auctae; ſuperiores ſurſum gibbae; omnes glaberrimae, ſupra lucidae, ſubtus pallidiores rigidiuſculae.
*Frondes juniores* ſaepe tantum pinnatifidae, pinnis trapezio-lanceolatis.
*Sori* contigui, recti, vix obliqui, coſtae approximati nec margini attingentes.
*Capſulae* ferrugineae.
*Induſia* membranaceo-albida.

*Obſervatio.*

Habitus Adianti ejusque ſtatura et nitor. Accedit ad *A. affine*, ſed diverſum forma frondis, pinnulis ſtriatis et lucidis; ſtipite nigro etc.

# Caenopteris.

## *C. flaccida.* pag. 87.

Thunberg in Act. nov. Petropol. Tom. IX. 159. t. D. f. 1. 2.

*Aſplenium flaccidum*, frondibus pinnatis, foliolis alternis remotis pinnatifidis, ſegmentis linearibus ſtrictis. Forſt. prodr. n. 426.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Deſcriptio.*

*Filix* 2-3-pedalis.

*Stipes* teres, laevis.

*Frons* lanceolata, pinnata.

*Pinnae* alternae, petiolatae ellipticae lanceolatae acuminatae 4-pollicares glabrae, ſubtus pallidiores, margine ſubinflexo remote inciſae. Steriles ſerraturis rotundatis adpreſſis gaudent; fructificantes vero laciniis linearibus acutis diſtinctis.

*Sori* ſ. lineolae ſubmarginales *induſiis* membranaceis extus dehiſcentibus, tectae.

### *Obſervatio.*

Pinna, a Cl. Bernhardi in diſſert. de Aſplenio ſub hujus nomine delineata, ad *C. odontiten* pertinet, cujus figura in Act. Petrop. l. c. t. E. f. 1. exſtat.

# Diplazium.

## *D. juglandifolium.* pag. 91.

Cavanill. Hort. R. Matrit. Tab.

*Aſplenium juglandifolium*, frondibus pinnatis, pinnis alternis lanceolatis integerrimis ſupremis fructificantibus. Lamarck Enc.

Filix maxima in pinnas tantum diviſa oblongas latasque non crenatas. Sloan. h. 1. 82. t. 37.

Habitat in Antillis; Jamaica.

### *Deſcriptio.*

*Frondes* 2-pedales et ultra; pinnatae.

*Stipites* teretes ſupra canaliculati, glabri.

*Pinnae* alternae ſubſeſſiles lanceolato-ovatae acuminatae 6 8-pollicares integerrimae, ſubſtantiae tenuioris, ſubdiaphanae, latitudine ſesquipollicari, glabri venis ſubparallelis, furcatis, arcuatis.

*Sori* transverſi inter coſtam et margines extimas geminatim ad venas prorumpentes, pariter ac illae paralleli, furcati.

*Capſulae* ferrugineae.

*Induſia* geminata a vena orta exterius hiantia, membranacea, albida.

### *Obſervatio.*

Pinnae inferiores rarius lobo ſurſum baſi auriculatae, ſecundum Lamarck.

## *D. nitidum.* pag. 92.

*Diplazium nitidum*, foliis pinnatis, pinnulis obtufis, ferrulatis, bafi amplioribus et fubcordatis, fuperne nitidis. Cavanill. in Anales de Cienc. Nat. 19. p. 66. t. 48. Ejusd. Hort. R. Matrit. Tab.

Habitat in Infulis marianis, prope portum Palapae. L. Nee.

### *Defcriptio.*

*Filix* pedis altitudine.

*Radices* fibrofae, nigrae, longae.

*Stipites* ½-pedales, bafi villofi, fupra fulco exarati.

*Frondes* femipedales, lato-lanceolatae, pinnatae.

*Pinnae* 34-36 alternae, approximatae, fubfeffiles oblongae, inferiores pollicares, fuperiores breviores fubinde confluentes; obtufae, bafi retufae fubcordatae, angulis obtufis, margine crenato-ferrulatae fuperne nitidae, fubtus pallidiores, fubvillofae.

*Sori* omnino paralleli, fimplices, remotiufculi, obliqui inter coftam et margines, ad venas geminati.

*Capfulis* ferrugineis oblongis.

*Indufia* geminata extus dehifcentia.

## *D. undulosum.* pag. 92.

Lingua Cervina, aspera et undulosa. Plum. fil. t. 107.
*Asplenium proliferum.* Lamarck Encycl.
Habitat in Martinica, Ins. Franciae.

### *Descriptio.*

*Filix* grandis.
*Radix* magna, crassitie brachii, intus alba, extus nigra, fibrillis numerosis vestita. Plumier.
*Stipites* plures e radice, 2-pedales inferne crassitie digiti, teretiusculi, virides fusco maculati glabri.
*Frondes* 2-3-pedales, pinnatae.
*Rachis* teres, glabra.
*Pinnae* alternae, subsessiles, pedales latitudine 2-pollicari, patentes, lato-lanceolatae, apice attenuato terminatae, basi lobo ovato parvo utrinque auriculatae, margine toto irregulariter incisae, subundulatae, incisuris crenulatis subserrulatisque; supra glabrae, parallele venosae, laete virentes, submembranaceae, nec rigidae.
*Costa* lata, compressa, marginata, glabra, fusca.
*Sori* lineares, breves, geminatim e venis parallelis prorumpentes inter nervos per paria angulo acuto costam spectante oblique decussati.
*Capsulae* numerosissimae, ferrugineae.
*Indusia* geminata e venis orientia angustissima, pallida, utrinque exterius dehiscentia.

### *Observatio.*

*Asplenio decussato* valde adfine, at discrepat magnitudine frondis; pinnis subundulatis et soris more Diplazii ordinatis.

*D. esculentum.* pag. 92.

*Hemionitis esculenta*, fronde pinnata, pinnis alternis lanceolatis crenatis basi subauriculatis. Retz. obs. bot. 6. n. 83.

Habitat in India orientali. Koenig.

*Descriptio.*

*Filix* sesquipedalis.

*Stipes* angulatus supra sulcatus; laevis.

*Frons* pinnata, oblonga.

*Pinnae* suboppositae, brevissime petiolatae, lanceolatae, 3-unciales, horizontaliter patentes, sub- l. semipinnatifidae; apice in acumen serrulatum attenuatae. *Pinna* terminalis erecta longiuscula a laciniis confluentibus sensim decrescentibus quasi sagittata. *Laciniae* (nec crenas dicendae) ovatae rotundatae, antice quasi rectiores, margine subtiliter serrulatae; supra nervosae, nervis parallelis; versus apices pinnarum in crenas l. serraturas abeuntes.

*Sori* e venis orti geminati parallele approximati demum confluentes Acrostichi speciem referentes.

*Indusia* geminata, facile evanescentia, unde Capsulae nudae superstites pallide ferrugineae. *Gyri* nitentes.

*Observatio.*

Radix esculenta fertur in India. cfr. Retz. l. c.

# P t e r i s.

## *P. pilofelloides.* pag. 94.

*Pteris pilofelloides Linn.*

*Acroftichum heterophyllum*, frondibus integerrimis glabris petiolatis fterilibus fubrotundis, fertilibus linearibus. Linn. Spec. pl. 1523. Amoen. Acad. I. 268. t. 2. Flor. Zeyl. 378.

*Filix* Malabarica. Pet. gaz. 3. t. 53. f. 12.

*Maletta-Mara-Marawara.* Rheed. Mal. 12. p. 87. t. 29.

*Pteris pilofelloides.* Kaempf ic. Banks t. 31.

Habitat in Malabaria, Zeylona, Africa.

### *D e f c r i p t i o.*

*Surculi* longiffimi, filiformes reptantes, radicantes radiculis numerofiffimis brevibus hirtis nigris, teretes, fquamis minutis ovatis, margine ciliatis, medio ferrugineo-maculatis tecti, quafi hispiduli.

*Frondes* diftinctae, alternae; *fteriles* breviffime petiolatae fubrotundo-ovatae l. obovatae (pyriformes Rheed.) l. oblongae, femi ad fere fesquipollicares, integerrimae, aveniae glaberrimae nitidae, juniores tantum fubtus villofiufculae; fubcarnofae.

*Fertiles* hinc et inde proveniunt pauciores, longius petiolatae, lineares, bafi anguftiores, apice rotundatae obtufae, fupra glabrae, 1-2 pollicares, fubtus prope margines in *fulco longitudinali* fructiferae, margine integro laeviffime revoluto.

*Capſulae* numeroſiſſimae ciliis ſtellatis ferrugineis immixtae, ſenſim propullulantes ferrugineae nitentes, totam fere paginam ad latera nervi medii denſe replent. Hinc *Acroſtichi* ſpeciem mentitur haec filix.

*O b ſ e r v a t i o.*

Comparatis iconibus et ſpeciminibus nullam reperi differentiam inter *Acroſtichum heterophyllum Linn.* ejusque *Pteridem piloſelloides*. Frondes figura variant, ut et fructificatio, ratione aetatis inſtar diverſa; unde ſpecies diſtinctorum generum eſſe facile crederentur.

---

## *P. diverſifolia.* pag. 96.

*Polypodium trapezoides*, frondibus pinnatis, pinnis oppoſitis ovatis denticulatis glabris impari longiſſima lanceolata. Burm. ind. 233. t. 66. f. 2.

Habitat in India orientali, Java.

### *Deſcriptio.*

*Filix* ſpithamea.

*Stipites* plures e radice, filiformes breviſſimi, baſi ſubpiloſi.

*Frondes* pinnatae.

*Pinnae* diverſae figurae, oppoſitae, ſubſeſſiles ſed diſtinctae, baſi retuſae ſ. obtusangulatae; *inferiores* minores, vix ſemipollicares, ovato-deltoideae; *ſuperiores* ſenſim longiores ſesquipollicares lanceolatae obtuſae, interdum ſubfalcatae; omnes margine minute ſerrulatae, parallele ſtriatae, utrinque glabrae.

*Pinna terminalis* ſ. impar, longiſſima 3-4-pollicaris lanceolato-linearis baſi ovata, apice extimo ſerrata; margine fructifera.

*Sori* anguſtiſſimi marginem usque verſus apicem occupantes.

*Capſulae* pallide ferrugineae.

*Induſia* anguſtiſſima, pallida.

## *P. ferraria.* pag. 96.

Habitat ad Promont. bonae fpei, ubi ad Groot Vaders bofch legit Thunberg. In Infulis Marianis; L. Nee.

### *Defcriptio.*

*Stipites* craffitie culmi Tritici, angulati, fupra canaliculati, glabri, pallidi.

*Frondes* fesquipedales et ultra, pinnatae.

*Sterilium* pinnae latiores, fubfeffiles oppofitae, pedales, lineari-lanceolatae acuminatae, denticulato-ferrulatae, fubfpinulofae, parallele nervofae, nervis fubhorizontalibus approximatis; utrinque glabrae faturate virides.

*Pinnae* ultimi paris binatae f. ad bafin 2-partitae, altera parum minore.

*Fructificantium* pinnae dimidio anguftiores, margine integerrimae, apice tantum denticulato-ferrulatae.

*Fructificationes* marginales continuae.

*Capfulae* copiofae, pallide ferrugineae.

*Indufia* e nervo marginali continua, membranaceo-albida, adpreffa.

### *Obfervatio.*

Frondes fteriles quafi heptaphyllae, feu praeter terminalem impar, a duobus paribus pinnarum compofitae, quarum inferiores binatae. In *fructiferis* pinnae fubinde numerofiores fed infimae femper binatae. Huic proxima videtur *Pteris heptaphyllos* Lamarck Enc. p. 714. et forte eadem fpecies. Pinnae autem dicuntur ovato-lanceolatae, et ftatura multo minor.

### P. *crenata.* pag. 96.

*Pteris*, fronde pinnata, pinnis ſuperioribus enſiformibus ſubintegris; inferioribus oppoſitis ovatis auriculatis ſerratis. Burm. fl. Ind. fl. Zeyl. p. 199. t. 87.
*Pteris enſiformis.* Houtt. N. H. 2. 14. t. 92.
Habitat in India orientali, China.

### *Deſcriptio.*

*Filix* 1-2-pedalis.
*Stipes* gracilis, tereti-anguloſus, pallidus, glaber.
*Frons* pinnata.

*Pinnae* alternae et oppoſitae, lineari-lanceolatae ſ. enſiformes, apice acuto l. obtuſato, margine toto (in ſterilibus) ſerrulato (nec ſpinuloſo), ſed tantum apice in fructiferis; parallele et ſubtiliter venoſae.

*Inferiores* ſubpinnatae l. potius ad baſin tripartitae, lateralibus dimidio brevioribus, oblongis obtuſis.

*Fructificationes* totam marginem, ſ. partis ſuperioris pinnarum inſident anguſtiſſimae.

*Induſiis* membranaceo-pallidis continuis tectae.

Proxima *P. creticae L.*; illa vero diſtinguitur:

*Statura* humiliore.

*Pinnis* oppoſitis, fere omnibus, terminali excepta, 3-partitis l. potius in tres diviſis ovatas l. oblongas, media interdum elongata. Variat tamen pinnis omnibus quoque acuminatis (cf. Tournef inſt. t. 321.) Hac ratione, pro ejus varietate facile habenda ſit P. *crenata.* Provenit P. *cretica* in Italia, Creta, imo in ipſa India.

Filicula Cheuſanica. Pluk. amalth. 94. t. 407. f. 2. ad P. *crenatam* non pertinet, ſed exacte ſynonymon P. *ſerrulatae Linn.* eſt.

## *P. attenuata.* pag. 98.

Habitat in Java. Thunberg.

### *Descriptio.*

*Stipes* tereti-angulofus, glaber.

*Frons* lato-ovata, pedalis et ultra, bipinnatifida, glabra.

*Pinnae* oppofitae et alternae, patentes, elongatae, femipedales, pinnatifidae, l. fere pinnatae.

*Laciniae* finubus rotundatis diftinctae, lanceolato-falcatae, obtufiufculae, integrae l. obfolete ferratae, pollicares, utrinque glabrae venulofae; terminales lanceolato-lineares, fesquipollicares.

*Fructificationes* marginales continuae.

*Indufium* e margine laciniarum inflexo, ipfum Sinum circumambiente.

### *Descriptio.*

*P. argutae* affinis, fed pinnae infimae non partitae fed indivifae.

P. *comans*. pag. 98.

*Pteris comans*, frondibus pinnatis, foliolis pinnatifidis, pinnis elongatis lanceolatis, apice attenuatis ferratis. Forst. prodr. n. 419.

Habitat in nova Zeelandia.

*Descriptio.*

*Filix* grandis.

*Stipes* teres, glaber, pallidus.

*Frons* bipinnatifida.

*Pinnae* oppositae, 1-2-pedales, patentes, profunde pinnatifidae.

*Laciniae* basi subdecurrentes, lanceolato-ensiformes, 3-4-pollicares, subfalcatae, apice attenuato serrulato; reticulato-venosae, laete virides glabrae, fere membranaceae.

*Costa pinnarum* glabra, pallida.

*Fructificationes* extimum marginem totam pinnularum, praeter apicem liberum, occupant, *indusiis* angustissimis obvelatae.

*Observatio.*

Haec adnotata praebuit pars solummodo unius pinnae venustae hujus Filices e collectione Forsteri. Cetera mihi latent.

*P. tripartita.* pag. 100.

Habitat in Java; Thunberg. Ex herbario Thunb.

*Descriptio.*

*Stipes* tereti-angulofus, laevis.

*Frons* 3-partita.

*Foliola* bipinnatifida, lateralibus fupra bafin bipartitis.

*Pinnae* fuboppofitae, lanceolatae, acuminatae, finuato-pinnatifidae.

*Laciniae* ovato-lanceolatae fubfalcatae, acutiufculae l. obtufae apice obfolete ferratae l. integrae, utrinque glabrae.

*Pinnae* infimae foliolorum lateralium deorfum pinnatifidae.

*Fructificationes* marginibus fed non apice infident, continuae, ferrugineae.

### *P. adſcenſionis.* pag. 100.

Habitat in Inſula ſteriliſſima Adſcenſionis.

### *Deſcriptio.*

*Filix* pedalis.

*Stipites* plures e tuberculo radicali tomentoſo-ſquamuloſo; ſpithamei, tereti-anguloſi inferne paleacei muricato-aſperi, pallidi, prope radicem fuſci.

*Frons* decompoſita, ſubdeltoidea; inferne 3pinnatifida, apice tantum pinnatifida.

*Foliola* oppoſita, remotiuſcula, patentia, bipinnatifida l. ſubbipinnata.

*Pinnae* decurrentes ovato-lanceolatae obtuſae, inferiores pinnatifidae; laciniis oblongis ſerratis, venoſis laete virentes.

*Sori* ſinum et marginem ambiunt apice pinnularum libero, ut plurimum continui, interdum interrupti.

*Capſulae* copioſae, ferrugineae.

*Induſia* e margine inflexo, tenuiſſima.

### *Obſervatio.*

Lonchitidis ſpeciem refert aliquando, dum Sori ſinubus tantum inſident, ut in ſpeciminibus aliquot obſervetur at Pteridi melius adſociari debet. cfr. Schrad. Diar. bot. 1801. p. 286.

## *P. villosa.* pag. 100.

Habitat in America meridionali.

### *Descriptio.*

*Filix* arborea.

*Frondes* supradecompositae.

*Foliola* lato-ovata acuminata, bipinnata, plana, pubescentia.

*Pinnae* suboppositae, inferiores lato-lanceolatae acuminatae, superiores parum angustiores; spithameae, sinuato-pinnatifidae, in rachin partialem decurrentes.

*Laciniae* oblongae, subpollicares, leviter falcatae, obtusae integrae, baseos (in pinnis inferioribus) sinuato-incisae, venosae; terminales attenuatae lanceolatae.

*Rachis* et *costa* villosiusculae. *Venae* subtus imprimis pubescentes.

*Fructificationes* ad marginem laciniarum non vero ad sinus et apices; latiusculae, pallide-ferrugineae.

*Indusia* linearia adpressa, intus dehiscentia.

### *P. esculenta.* pag. 101.

*Pteris esculenta*, frondibus supradecompositis sulcatis; foliolis pinnatis, pinnis linearibus decurrentibus, summis brevioribus. Forst. prodr. n. 418. Ejusd. plant. escul. n. 47.

Habitat in Insulis societatis. Forster.

### *Descriptio.*

*Filix* magna.

*Stipes* tetragonus, superne sulcatus, scabriusculus, crassus, crassitie pennae anserinae.

*Frons* supradecomposita, triplicato-pinnata, glabra, divisuris alternis.

*Foliola* bipinnata, patentia.

*Pinnae* oblongae, acuminatae, subpollicares.

*Pinnulae* lineares, integrae, obtusae horizontales approximatae, pollicares, glabrae, coriaceae, convexae l. margine subrevolutae, basi decurrenti-coadunatae, inferiores discretae, interdum pinnatifidae; terminales sensim breviores nec ut in *Pteride caudata* elongatae.

*Sori* ad margines convexos lineato-crenulatos crassi.

*Capsulae* ferrugineae.

*Indusia* tenuia intramarginalia, intus dehiscentia.

## *P. rotundifolia.* pag. 102.

*Pteris rotundifolia*, frondibus pinnatis hiſpidis: pinnis ſuboppoſitis ſubrotundis, obſolete crenatis. Forſt. prodr. n. 420.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Deſcriptio.*

*Surculi* repentes, radicantes, teretes radiculis filiformibus fibrilloſis, villoſis.

*Frondes* pedales et ultra, pinnatae.

*Stipites* rachidesque teretes, nigro-purpuraſcentes, rigidi, craſſitie culmi ſecalias, verſus radicem paleacei, ſuperne ſcabroſi.

*Pinnae* ſubſeſſiles l. breviſſime petiolatae alternae remotiuſculae, ſubcordato-rotundae l. ovatae, ſemunciales, integrae, ſupra obſolete nervoſae fuſco-virides, ſubtus pallidiores, utrinque glaberrimae; rigidiuſculae.

*Sori* marginales, continui.

*Capſulae* ferrugineae numeroſae.

*Induſia* anguſtiſſima, membranacea pallida e margine ſubinflexo.

### *P. varia.* pag. 103.

Habitat in India orientali.

*Deſcriptio.*

*Frondes* plures e radice paleis pallide-ferrugineis nitidis ſquamoſa; ſimplices, ſpithameae, glabrae, pinnatae.

*Stipites* breviſſimi, teretiuſculi, purpuraſcentes, nitidi, verſus radicem ſquamulis nonnullis filamentoſis obſiti.

*Pinnae* ſuboppoſitae, ſubſeſſiles; inferiores ſubrotundae integrae venoſae, ſuperiores ovatae vix ſemipollicares, trapezoideae, baſi utrinque obſolete auritae, horizontales, laete virides.

*Sori* marginales continui.

*Induſia* e margine pinnarum ſubcrenulato.

## *P. rigida.* pag. 104.

Habitat in Chalma Regni Peruviae. L. Nee.

### *Descriptio.*

*Filix* ſpithamea.

*Stipes* niger, teres, baſi paleaceus, ſuperne pariter ac rachis frondis piloſus.

*Frons* ovata acuta, 2pinnatifida.

*Pinnae* ſuboppoſitae, ſeſſiles, ovato-lanceolatae ſesquipollicares, patentes.

*Pinnulae* ſ. *laciniae* alternae baſi lato-coadunatae, oblongae, apice obtuſiuſculae, utrinque hirtae, ſubtus lineato-nervoſae.

*Fructificationes* marginales, continuae, tectae

*Induſio* e margine toto involuto, transverſim ſtriato.

### *Obſervatio.*

Differt a ſequenti:

*Fronde* tantum 2pinnatifida et pubeſcentia.

## *P. involuta.* pag. 104.

Habitat ad Promont. bonae ſpei. Thunberg.

*D e ſ c r i p t i o.*

*Stipes* 2-3-pollicaris, teres, atro-purpureus, nitidus, paleis pallide ferrugineis membranaceis reticulatis tenuiſſimis obſitus.

*Frons* oblongo-lanceolata, 3-4-pollicaris, 2-pinnata.

*Rachis* paleacea.

*Pinnae* oppoſitae, breves, oblongae.

*Pinnulae* alternae, adnatae, ſubcordato-ovatae obtuſae, terminali triloba l. haſtata; omnes integrae, ſubinvolutae, utrinque glabrae, fuſco-virides.

*Fructificationes* marginales continuae.

*Capſulae* pallide ferrugineae.

*Induſia* e margine pinnularum inflexo integro ſed plicato quaſi crenulato; membranaceo-albida.

### *P. argentea.* pag. 105.

*Pteris argentea.* Gmelin in Nov. Comm. Petrop. XII. p. 519. tab. XII. f. 1.
Habitat in Sibiria. Steller, Falk.

### *Descriptio.*

*Radix* e squamis lanceolato-subulatis nigricantibus nitidis conferta. *Radiculae* copiosae, simpliciusculae capillares velutinae.

*Stipites* numerosae, palmares, teretes, filiformes, fusco-purpurascentes.

*Frondes* 5-angulae subtrifoliatae, s. profunde 3-partitae. Foliola juniorum basi in unum coadunata; in adultis distinctiora. *Intermedium* erectum quasi petiolatum, pinnatifidum: laciniis basi coadunatis, inferioribus majoribus sinuatis l. obtuse pinnatifidis; superioribus integris sensim in pinnam acuminatam terminantibus. *Lateralia* sessilia, adnata, horizontaliter patentia, pinnatifida, laciniis lanceolatis obtusis, baseos deorsum longioribus sinuatis crenulatis subpinnatifidis.

*Frondes* supra laete virides, glabrae, sed tota pagina inferior farina candidissima, non detergenda, tegitur.

*Sori* continui totum marginem per sinus et incisuras tegunt *Capsulis* solitariis pallidis contiguis (non numerosis confertis), sub *Indusiis* e margine plicato crenulato, membranaceis.

### *Observatio.*

A *Pteride pedata*, quacum olim conjuncta Linnaeo, satis diversa frondis divisura et colore paginae inferioris, quibus notis *P. sulphureae Cavan.* fere magis assimilatur.

# Vittaria.

## *V. elongata.* p. 109.

Habitat in India orientali. Rottler.

### *Descriptio.*

*Surculi* repentes, rigidi, radiculas filiformes ſimplices, ferrugineo-tomentoſas emittentes.

*Frondes* e baſi lineari-filiformi, ſquamis faſciculatis membranaceis lanceolatis ſerrulatis reticulatis in pilum deſinentibus, atris lucidis obſita, ſenſim dilatatae lineares, latitud. 2 linearum, longitudine 3-4-pedali, pendulae, integerrimae, planae, venuloſae, rigidulae, utrinque glabrae.

*Lineae fructiferae* continuae in ipſo margine, tenuiſſimae, ſubcapillares, *Capſulis* minutiſſimis, *Induſio* duplici tectae.

### *Obſervatio.*

Differt a *Vittaria lineata:*

*Frondibus* longioribus, latioribus, et ſoris ipſo margini nec *intra* marginem inſertis.

# Onoclea.

## O. *spicata.* p. 110.

*Acrostichum spicatum*, fronde simplici petiolato-lanceolata, utrinque attenuata integerrima, spica terminali lineari. Linn. suppl. p. 444. Smith. Icon. ined. t. 49. Cavan. prael. 1801. n. 567.

*Schizaea spicata.* Smith. in Mem. de l'acad. de Turin. 5. p. 43.

Habitat in Insula Mauritii, inque Marianis.

### *Descriptio.*

***Radix*** e fibrillis tomentosis composita.

*Frondes* erectae, simplices circiter pedales, lanceolatae, basi attenuatae in *stipitem* uncialem teretiusculum laevem; margine integerrimae, latitudine semipollicari, venosae, utrinque costaque a stipite continuata glabrae, apice angustato proferentes appendicem linearem, spiciformem 2-uncialem, subtus tectam

*Capsulis* numerosissimis minutissimus pallide flavis ferrugineisque, *gyris* nitidioribus.

*Indusium* e margine appendiculi frondis continuum, membranaceum fructificationes initio omnino tegens, connivens; his prominulis demum revolutum.

*O. ſtriata.* v. addit.

Habitat in Martinica; Inſ. St. Chriſtophori.

*Deſcriptio.*

*Filix* a pluribus frondibus diſtinctis, ſterilibus et fertilibus, cumulatim adpoſitis, conſtans.

*Stipites* 4-quetri l. 4-goni, glabri, rigidi ſupra canaliculati.

*Frondes* pinnatae.

*Rachis* angulata glabra, ſquamis raris paleaceis helvolis hinc inde adſperſa.

*Sterilium* pinnae alternae tamen approximatae, fere incumbentes, breviſſime petiolatae, baſi ſubcordatae, lobo uno l. altero obliquo, rachi contiguo, lato-lanceolatae, apice lineari attenuatae, 3-4-unciales, lat. ½ pollicis, margine leviter repando integerrimo ſubrevoluto apice tantum ſerrulato; nervis contiguis furcatis ſubparallelis notatae, hinc ſupra ſtriatae utrinque glabrae; conſiſtentia rigidiori.

*Fertilium* pinnae alternae, diſtinctae, ſeſſiles e baſi cordata latiuſcula in formam longam linearem ſemiteretem productae 3-4-unciales, patentes acuminatae, apice obſolete ſerrulatae, rigidae, ſupra glabrae, aveniae, ſubtus ad baſin fere ſoriferae.

*Capſulae* in lineam diſpoſitae ad coſtam utrinque totam pinnam occupant, numeroſiſſimae, fuſco-bruneae, gyris nitentioribus, tectae.

*Induſiis* e margine revoluto membranaceo lacero fuſco et paleis pallide ferrugineis e coſta ortis.

*Observatio.*

A congeneribus proximis *capenſi* et *lineata* (quibus fronde ſterili primo aſpectu ſimillima) differt pinnis ſteril. fere latioribus margine integerrimis, apice tantum ſerrulato, et pinn. fertil. baſi dilatatis cordatis.

---

## O. *Boryana.* pag. 111.

*Pteris Osmundoides*, caule arboreo, frondibus pinnatis, pinnis ſterilibus, pinnulis ovato-oblongis obtuſis; floriferis ſtrictiſſimis filiformibus acutis. Bory St. Vincent Voyage aux 4 iles d'Afrique 2. p. 194. t. XXXII.

Provenit in montoſis apricis ſterilibus et ſupra ſcoria Volcanorum Inſulae Borboniae. Bory de St. Vincent.

### *Deſcriptio.*

*Caudex* quadripedalis diametro 5-6-pollicari, veſtigiis frondium deciduarum undique inaequalis.

*Frondes* comoſae, patentes ſteriles et fertiles, pinnatae.

*Steriles* 2-3-pedales, laete virentes, erectae.

*Pinnae* alternae, ſeſſiles oblongo-lanceolatae 2-4-pollicares, obtuſae, baſi ſubretuſae, inferiores breviores ovatae, terminali interdum baſi auriculata; omnes glabrae, coriaceae.

*Fertiles* centrales, breviores ſtrictae, *pinnis* breviter petiolatis, anguſtioribus, linearibus acutis, ſubſecundis, 4-6 uncialibus.

*Stipites* lignoſi, teretes, glabri ſupra canaliculati.

*Sori* inter margines et latera Coſtae pinnarum utrinque continui, tecti *Induſiis* membranaceis continuis.

### *Obſervatio.*

Caudex ſubinde brevior frondibus quaſi e radice mox progredientibus ſtipitibus ſquamis numeroſis lineari-

ſubulatis longis ferrugineis inferne circumvallatis. Bory de St. Vincent.

Pteridibus minus apte adſocietur ob ſoros pinnas omnimodo occupantes; Comparata vero cum pluribus ſpeciebus Onocleae (capenſis, lineata, ſorbifolia) iſta potius in hoc genere locum tenere videtur.

## *O. attenuata.* p. 112.

Habitat in Inſula Mauritii. Groendal.

### *Deſcriptio.*

*Filix* 3-4-pedalis.

*Stipes* . . . . .

*Frondes* oblongo-lanceolatae, ſteriles et fertiles diſtinctae.

*Steriles* ſubpinnatae l. pinnatifidae.

*Pinnae* 3-4-pollicares, ſeſſiles, oppoſitae ovato-lanceolatae, apice attenuato lineari, baſi latiores ſubcoadunatae, margine integerrimae, venulis approximatis parallelis, utrinque glabrae ſubtus pallidiores.

*Pinna* terminalis longiſſima lanceolata integra.

*Fertiles* pinnatae, *pinnis* oppoſitis ſeſſilibus linearibus acuminatis.

*Sori* totum ſpatium inter coſtam et marginem a baſi ad apicem pinnarum occupantes.

*Capſulae* numeroſiſſimae, fere atomariae pallidae, longius pedicellatae.

*Induſia* ex ipſo margine pinnarum, membranacea fuſco-pallida integra, involuta, ſoros obvelantia, demum patentia, revoluta.

## *O. ſcandens.* pag. 112.

*Filix*, fronde pinnata, pinnis lanceolato-enſiformibus integris ſtriatis ſetaceo-ſerratis. Linn. flor. Zeyl. n. 425.

*Filix* non ramoſa, altiſſima paluſtris, pinnis integris ſerratis acutis. Burm. Zeyl. p. 100. t. 46.

*Filix* Zeylonica, glabra, latifolia maxima. Herm. Muſ. Zeyl. p. 38.

*Filix* non ramoſa, foliis integris, ſerratis, Zeylonica. Breyn. Cent. p. 188.

*Polypodium* (*paluſtre*). Burm. ind. p. 234.

*Panna valli.* Rheed. mal. 12. 69. t. 35.

*Lonchitis volubilis.* Rumph. amb. 6. p. 71. t. 31.

Habitat in Malabaria, Zeylona. Sub nomine *Acroſtichi ſcandentis* miſit ex India Cl. Rottler.

### *D e ſ c r i p t i o.*

*Filix* ſcandens.

*Caudex* adſcendens, volubilis inferne ſimplex teres, ſuperne diviſus in

*Frondes* alternas, 2-3-pedales, pinnatas.

*Stipites* tereti-angulati, laeves, ſupra canaliculati, craſſitie pennae anſerinae, ſubinde ſpinulis muriculati (ex Rumphio).

*Pinnae* alternae, breviter petiolatae, lanceolato-enſiformes, pedales, baſi oblique ovatae, angulo ſurſum obtuſo deorſum obſoleto, margine denticulatae vix ſerratae, denticulis ſetaceo-ſpinuloſis, utrinque glaberrimae, parallele ſtriatae e venis approximatiſſimis ſubhorizontalibus, conſiſtentiae papyraceae, laete virides; juniores purpuraſcentes, per ſiccitatem membranae inſtar ſubſcarioſae. Supra fron-

des apice continuatur caudex in *frondem fructificantem* laxam, pinnatam, ultrapedalem, *pinnis* alternis remotis petiolatis longiſſimis pedalibus, tereti-linearibus acutis patentibus laxis ſupra glabris, ſubtus fructificationibus e *Capſulis* copioſis minutiſſimis tectis.

*Induſia* e margine ipſo pinnarum membranacea, continua, integerrima, prima aetate conniventia, demum revoluta.

*O b ſ e r v a t i o.*

Lonchitin volubilem *Rumphii* huc pertinere patet ex deſcriptione herb. Amboinenſ. 6. p. 71. ubi Ora foliorum non dentata l. ſerrata, ſed ſubtilibus ſpinulis, in vetuſtis foliis pungentibus, notata, dicuntur. In fig. tab. 31. haec omiſit Auctor.

# Blechnum.

## *B. denticulatum.* pag. 113.

Habitat in Teneriffa. Amiciſſime miſit Cel. Ventenat.

### *Deſcriptio.*

*Filix* venuſta bipedalis.

*Stipes* tereti-angulatus, laevis, ſupra ſulco exaratus.

*Frons* lineari lanceolata, erecta, pinnata, laete virens.

*Pinnae* alternae, ſuperiores magis approximatae, ſeſſiles ellipticae apice acutae ſesqui- l. 2-pollicares erectiuſculae, ſtriato-nervoſae, nervis approximatis parallelis utrinque glabrae ſubtus pallidiores, regulariter cartilagineo-ſerrulatae quaſi marginatae.

*Rachis* angulata, ſulcata, glabra.

*Lineae fructiferae* ſolitariae ad latera coſtae adque illam approximatae, ſed baſin et apicem pinnae vix attingentes, interdum ſed rarius interruptae, latiuſculae, ſupra coſtam mox confluentes.

*Capſulae* omnium numeroſiſſimae, minutiſſimae, pallide ferrugineae.

*Induſia* continua, membranacea, pallide fuſca, demum evaneſcentia.

### *Obſervatio.*

Diſtinctiſſima ſpecies figura pinnarum et frondis ipſae ejusque colore laete viridi.

## *B. cartilagineum.* pag. 114.

Habitat in nova Hollandia.

### *Descriptio.*

*Filix* bipedalis et ultra.

*Stipes* teres, fupra profunde fulcatus, punctis elevatis fufcis nitidis muricatus, craffitie culmi graminis.

*Frons* erecta, rigida, fubcartilaginea ovato-lanceolata, pinnata.

*Pinnae* alternae, feffiles, patentes, lanceolatae, attenuatae, bafi latiores fubauriculatae, infimae deorfum bafi liberae, mediae adnatae coadunataeque, terminales fere confluentes.

Omnes apice longa lineari recurvatae, margine fubtiliter fubfpinulofo-ferrulatae, nervofae, utrinque glabrae, rigidae.

*Rachis* frondis compreffa, fubtus teres, fupra fulcata, glabra.

*Coftae* pinnarum teretiufculae, glabrae.

*Sori* per totam longitudinem pinnarum coftae contigui, continui.

*Capfulae* numerofae, ferrugineae.

*Indufia* continua, crenato-undulata, margine fubciliata.

### *Obfervatio.*

Pinnis valde attenuatis apice recurvis, ferraturis cartilagineis nec non rigiditate totius frondis a congeneribus facile diftinguendum.

## *B. punctulatum.* pag. 114.

Habitat ad Promont. bonae ſpei. Thunberg.

### *Deſcriptio.*

*Filix* 3-4-pedalis.

*Stipes* pedalis, radicem verſus craſſus tereti-compreſſus, niger, latere anteriore ſulco exaratus, laevis.

*Frons* pinnata, lanceolata.

*Pinnae* oppoſitae, inferiores parvae ovatae, remotae; ſuperiores ſenſim longiores aequales demum apice decreſcentes; ſeſſiles ſed baſi cordatae auricula parva ſurſum deorſumque; lineari-lanceolatae 2-3 pollicares acutiuſculae ſubparallele horizontales, leviter falcatae, margine integrae, punctis minutis impreſſis notatae; nervis 2fidis a coſta ad marginem ductis; utrinque glabrae, ſubtus pallidiores.

*Sori* in lineis inter coſtam et margines pinnarum: adultiores totam paginam denique occupantes,

*Capſulae* numeroſiſſimae fuſco-ferrugineae.

*Induſia* continua, ſuperficialia, margini propinqua, intus dehiſcentia; aetate provectiori obſoleta.

## *B. rigidum.* pag. 114.

*Blechnum Capenſe*, frondibus pinnatis, pinnis ſeſſilibus cordato-lanceolatis integerrimis. Burm. flor. cap. prodr. p. 28.

Habitat ad Promont. bonae ſpei.

### *D e ſ c r i p t i o.*

*Filix* caeſpitoſa 1-2-pedalis.

*Radices* congeſtae, filiformes, ſubramoſae, rigidae, longiſſimae, nigricantes.

*Stipites* numeroſae, ſpithamei, inferne teretes, antice ſulcati, ſulco per totam rachim producto.

*Frons* lanceolata, rigida, pinnata.

*Pinnae* pollicares, ſeſſiles oppoſitae et alternae, baſi parum dilatatae cordatae, oblongae l. lanceolatae, obtuſae, utrinque glabrae ſubtus ſtriatulae, margine integrae l. obſolete crenulatae, rigidiuſculae.

*Pinnae terminales* ſaepe coadunatae l. confluentes in pinnam pinnatifidam apice lanceolatam obtuſam.

*Sori* in lineis e medio pinnarum, demum per totam paginam dilatatis.

*Capſulae* fuſco-ferrugineae numeroſiſſimae.

*Induſia* continua intra marginem orta aetate evaneſcentia.

### *O b ſ e r v a t i o.*

Differt a *Blechno auſtrali L.* quod *frondes* majores rigidiores; *pinnae* anguſtiores obtuſae (nec ſubmucronatae) et terminales confluentes.

# Woodwardia.

## *W. orientalis.* pag. 117.

*Blechnum radicans*, var. Houtt. N. H. 2. t. 97. f. 1.
Habitat in Japonia. Thunberg.

### *Descriptio.*

*Stipes* nudus, tereti-angulofus, fupra canaliculatus.

*Frons* bipinnatifida 2pedalis et ultra.

*Pinnae* oppofitae, petiolatae, patentes lanceolatae finuato pinnatifidae:

*Laciniae* f. lobi lanceolatae, alternae; inferiores longiores, apice acutiufculae, margine apiceque revoluto-ferrato; terminali elongato acuto repando; utrinque glabrae, fubcoriaceae, rigidae, reticulato-venofae.

*Cofta* pinnarum elevata, glabra.

*Sori* nervo laciniarum medio utrinque adjacentes, alterni, fovea quafi immerfi.

*Capfulae* minutae, fufco-ferrugineae, gyro nitente.

*Indufia* fubfornicata, femiovata, integra, operculi inftar lunati Soros tegentia. Verfus coftam f. nervum hiantia.

### *Obfervatio.*

Diftinguitur a *W. japonica*:

*Stipite* nudo;

*Pinnis* petiolatis nec feffilibus;

*Lobis* finu rotundato diftinctis acutiufculis nec fimpliciter incifis rotundatis.

*Fructificationibus* immerfis lunulatis, indufiis coriaceis convexis;

In *W. japonica Capfulae* receptaculo nervo evidentiori nigro infident fub indufiis membranaceis, fori in lineolis diftinctis licet fere confluentibus ordinati; lineam tamen folitariam ad coftam utrinque *non* efficiunt, ut in fl. japon. ad tab. 35. perperam repraefentatur. (Cf. Sprengel. fig. fupra in textu laudatam. — W. M.)

*W. radicantis L.* ut videtur affinior: at Illius pinnae multo longiores lobis attenuatis fubfalcatis.

---

# Lindsaea.

## *L. ensifolia.* pag. 118.

Habitat in Insula Mauritii.

### *Descriptio.*

*Filix* 2pedalis et ultra.

*Stipes* teres, supra canaliculatus, glaber, fusco-viridis, rubescens.

*Frons* pinnata.

*Pinnae* alternae, petiolatae spithameae, erectae, lineari-ensiformes, latitudine 4-lineari, basi angustiores, apice obtusae, integerrimae, utrinque glabrae, venulosae.

*Sori* ipso margine nec intra illum insidentes, continuae, a basi pinnarum fere usque ad apicem productae, angustissimae.

*Capsulae* pallide-ferrugineae.

*Indusia* continua, juxta marginem inserta, angustissima, pallida, extus dehiscentia.

### *Observatio.*

*Pteridem vittatam L.* omnino refert; fere solo indusio extus vere dehiscente distinguenda.

### *L. linearis.* pag. 118.

Habitat in nova Hollandia.

*Deſcriptio.*

*Filix* pedalis.

*Stipes* tenuis, filiformis, angulatus, purpuraſcens, 4-5-pollicaris.

*Frons* linearis, latitudinem 3 linearum vix ſuperans, pinnata.

*Pinnae* ſuboppoſitae; minutae, ſubſeſſiles, flabelliformes ſ. baſi cuneatae ſurſum deorſumque planae, antice rotundatae crenulatae (ſegmenti quartae partis circuli ſimiles); glabrae ſtriatae bilineares; fructu matureſcente revolutae ſublunatae.

*Sori* continui intra marginem anticem, leviter involutum.

*Capſulae* pallidae gyris fuſcis.

*Induſia* ſuperficiaria ſoros incumbentia, convexa, crenulata membranacea, pallide viridia, extus dehiſcentia.

## *L. microphylla.* pag. 120.

Habitat in nova Hollandia.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* filiformis ſtriatus, pallidus.

*Frons* lanceolata, tenera, laxa, ſemipedalis, ſubtripinnatifida.

*Pinnae* pollicares, alternae, flexuoſae; *pinnulae* remotiuſculae, petiolatae, cuneatae lineam vix longiores, antice dilatatae, crenulatae, ſimplices l. partitae: *Lacinulis* pinnis ſimilibus; venuloſae, ſaturate-virides.

*Sori* intra marginem pinnularum dilatatum, continui.

*Capſulae* pallidae, gyris ferrugineo-nitidis.

*Induſia* continua membranacea, pallide viridia intramarginalia juxta lineam fructificantem; extus hiantia.

# Adiantum.

## *A. rhizophorum.* v. addit.

Habitat in Infulis Mauritii et Borboniae.

### *Descriptio.*

*Filix* pulcherrima, caefpitofa e Radice congefta radiculis filiformibus villofis fimpliciufculis longis.

*Stipites* filiformes, 2-pollicares, ftricti, teretes fufco-purpurafcentes, bafi fquamulis minutis ftipati, glabri.

*Frondes* 6-8-pollicares, pinnatae.

*Raches* teretes, filiformes, laxae, apice radicantes proliferae.

*Pinnae* alternae, vix femunciales, approximatae breviffime petiolatae, bafi cuneatae, deltoideae, deorfum rectae integrae, furfum bis terve incifae, *laciniis* obtufis apice leviter inflexis; glaberrimae, glaucae; bafeos parum minores, deciduae, petiolis perfiftentibus.

*Sori* majufculi, lacinias terminantes folitarii.

*Indufiis* femirotundis planis integris adpreffis.

### *Obfervatio.*

*Adianto caudato* proximum; at differt glabritie omnium partium, et pinnarum figura deltoidea nec femiovato-fublunata, laciniisque integris, et foris duplo majoribus.

Diff. fpecif. *A. caudati* igitur fic emendanda: Frondibus pinnatis pubefcentibus, apice caudato-radicantibus, pinnis femiovatis fublunatis, furfum incifis, laciniis emarginatis.

*Adiantum hirfutum.* Bory de St. Vinc. Voy. I. p. 198.

*A. hiſpidulum.* pag. 124.

Habitat in nova Hollandia.

*Deſcriptio.*

*Stipes* filiformis, rigidus, angulatus, hiſpidulus, ſcaber, niger, ſpithameus.

*Frons* bipinnata l. decompoſita.

*Rachis* angulata hiſpidula.

*Rami* alterni, infimi bipartiti, quorum inferior, brevior.

*Pinnulae* breviſſime petiolatae rhombeae ſ. baſi (verſus rachin) et ſurſum deorſumque truncatae; apice parum productiore ſed obtuſae; margine ſuperiore crenulatae; utrinque ſtriatae e nervis radiato-dichotomis, hiſpidulae, rigidae.

*Sori* in apice crenarum marginis anterioris et ſuperioris pinnulae.

*Capſulae* pallide ferrugineae, nitidae, inſertae

*Induſio* reniformi crenae unaequaeque adnato demum revoluto.

*Obſervatio.*

Proximum *A. ſtriato L.* ſed minus, pinnulis diſtincte rhombeis, hiſpido-pubeſcentibus et ſtipes angulatus.

## *A. affimile.* pag. 125.

Habitat in nova Hollandia.

### *Defcriptio.*

*Radix* caefpitofa fuperne fquamulis lanceolatis ferrugineis tecta, inferne fibrillofa.

*Stipites* plures conferti, femipedales filiformes angulati fulcati, purpurafcentes glaberrimi, nitidi, laxi.

*Frondes* oblongae, fupradecompofitae, femifpithameae, ramis ramulisque capillaribus alternis.

*Pinnulae* rhombeo-fubrotundae, angulo recto bafi petiolo capillari alterne ramulis infidentes, 3-lineares, fubincifae crenulato-denticulatae, radiato-venofae, laete-virides.

*Sori* ad crenas *indufiis* femirotundis inferti.

### *Obfervatio.*

Proximum *A. fragili*, fed laxius, ftipite longiore, fronde minus divifa et pinnulis minime bafi cuneatis.

## *A. pallens.* pag. 125.

*Filix* Adianto nigro officin. ſimilis pediculo viridi, pinnulis magis eleganter inciſis ex Inſula Cheuſan. Pluk. Amalth. 91. ph. t. 403. f. 2. (ramulus frondis.)

Habitat in India orientali; Inſ. St. Mauritii. Groendal.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teretiuſculus altero latere canaliculatus, glaber, nitens palleſcens l. flavicans, craſſitie culmi ſecalini.

*Frons* ſupradecompoſita, ſesquipedalis ramis alternis patentibus.

*Foliola* ſuboppoſita, rhomboidea acuminata, in apicem lanceolatam pinnatifidam deſinentia; ſubcaudata; 2pinnatifida, ſuperne ſimpliciter pinnata.

*Pinnae* alternae, oblongae rhomboideae baſi cuneatae deorſum planiuſculae, ſurſum obtusangulae, inciſae l. ſerratae; lacinia baſeos major, ovata, in pinnis inferioribus diſtincta; omnes ſtriatae.

*Pinnae* fructificantes minus inciſae, baſi tantum ſurſum auritae lacinula cuneata retuſa.

*Sori* marginales, (imprimis margine ſuperiori) majuſculi, reſpectu pinnarum, in majoribus duo l. tres, in minoribus ſolitarii, oblongi *induſiis* ſubreniformibus albicantibus integris inflexis baſi adnati tectique.

*Capſulae* pallide ferrugineae, gyris ſubfuſcis.

*Color* filicis ſaturate viridis, nitens, ſubtus pallidior.

### *Obſervatio.*

Habitu et colore *Dickſoniis* accedit, ſed induſia ſimplicia intus dehiſcentia.

## Cheilanthes.

### *C. micropteris.* pag. 126.

Habitat ad Pelileo Regni Quitenſis.

#### *Deſcriptio.*

*Filix* parva et pulchella.

*Stipites* caeſpitoſi, teretes, filiformes baſi l. prope radicem ſquamulis pallido-ferrugineis ſtipati; glabri, fuſco purpurei, 2-3-pollicares.

*Frondes* 3 4-pollicares erectae, lineares, ſimpliciter pinnatae.

*Pinnae* alternae, breviſſime petiolatae ſubrotundae, bilineares, baſi leviſſime exciſae, margine inciſo-crenatae crenis remotis; oculo armato hiſpidulae.

*Sori* marginales diſtincti ad crenas pinnarum.

*Capſulae* aliquot confertae pallide ferrugineae.

*Induſia* ex crenulis inflexis.

#### *Obſervatio.*

Sub nomine *Pteridis microphyllae* miſit Cavanilles.

## *C. fragrans.* pag. 127.

Tab. noſtr. III. fig.

*Polypodium fragrans*, frondibus bipinnatis: pinnis ovatis ſublobatis obtuſis ſubtus nudis margine reflexis, fructificationibus marginalibus. Linn. Mant. 2. p. 307.

*Polypodium pteridioides.* Syſt. pl. Reich. 4. 424.

*Adiantum fragrans*, frondibus bipinnatis, pinnis ovatis ſublobatis obtuſis ſubtus nudis. Linn. Suppl. p. 447.

Habitat in India orientali. Koenig.

### *Deſcriptio.*

*Filix* ſemiſpithamaea.

*Radix* caeſpitoſa, radiculis numeroſis nigris ſubinde rufo-villoſis, implexis congeſta.

*Stipites* plures, pollicares l. feſquipollicares, teretes, ſupra canaliculatae, atro-purpureae, nitidae, paleis minutis acuminatis helvolis.

*Frondes* 2-3-pollicares, erectae, ovato-lanceolatae, glabrae, bipinnatae.

*Pinnae* oppoſitae, oblongae, patentes.

*Pinnulae* oppoſitae, ovatae, obtuſae, ſubpetiolatae, ſinuato-pinnatifidae, glabrae, punctis flavicantibus pellucidis quaſi pertuſae oculo armato diſcernendis.

*Lacinulae* leviter 2-3-partitae l. integrae, ſegmentis ſubacutis apice ſoriferis.

*Sori* minutiſſimi, induſiis ex apicibus ſegmentorum inflexis.

*Observatio.*

Subdivifio pinnularum oculum nudum fere fugit.

Haec eft *Polypodium* f. *Adiantum fragrans L.* a Koenigio ex India miffum tefte Cl. Smith ex herb. Linn., ideoque ejus iconem dare neceffarium duximus.

Eandem filicem fub nomine „*Adianti fcandicini* ex India orientali" mihi quoque dedit Cl. Willdenow. Si revera diftincta fit a planta homonyma Galliae auftralioris feu ab illa e muris Funfchall, judicent autoptae.

### *C. odora.* pag. 127.

*Adiantum pusillum Allioni.*

*Pteris Acrosticha.* Balbis Addit. in Floram Pedemont. p. 98.

Habitat in Italia, Helvetia.

### *Observatio.*

Differt a congeneribus:

*Stipitibus* longioribus fere filiformibus, laxioribus, colore fusco-purpurascente, pilis pallidis obsitis.

*Frondibus* brevioribus reapse 3pinnatis: *pinnulis* fere subrotundis minoribus, terminalibus 3lobatis.

*Indusiis*, margine laceris subciliatis.

Diversa omnino ab *Adianto fragranti* Desfont. flor. atlant. 2. 408. t. 257. quod gracilius, pinnulis distinctioribus integris, inferioribusque tantum lobatis l. demum pinnatifidis gaudet. Hoc *Cheilanthes suaveolens* mihi audit.

## *C. lendigera.* pag. 128.

*Pteris lendigera*, foliis 3pinnatis, foliolis orbiculatis minimis. Cavan. prael. 1801. n. 664. Hort. R. Matr. I. Tab.

Filicula americana villoſa, tenuiſſime diviſa, pinnulis ſubrotundis. Amman. Comm. petrop. X. p. 302. t. 22. f. 3.

Habitat in Regno Quitenſi et nova Hiſpania.

### *D e ſ c r i p t i o.*

*Filix* pedalis, ſtolones repentes radice exſerens.

*Stipes* teres, fuſco-brunneus, inferne politus ſuperne et per totam rachin pilis longis tenuiſſimis cinereis ſubadpreſſis tectus.

*Frons* lineari-lanceolata plana, 3pinnata.

*Foliola* alterna, approximata, adſcendentia, plana, pollicaria ovata acuta *Raches* partiales piloſae.

*Pinnae* alternae terminales ſenſim breviores.

*Pinnulae* diſtinctae, ſubrotundae, vix ſeminibus Panici majores; terminali parum latiore; convexae, ſubgloboſae margine crenulato inflexo, ſupra glabrae, fuſco-virides, ſubtus pilis rufis coopertae.

*Capſulae* marginales, ſubſolitariae, ferrugineae, tectae *Induſiis* intra crenas inſertis, membranaceo-albidis, *continuis* nec interruptis.

### *O b ſ e r v a t i o.*

Frondibus exacte tripinnatis mox a *C. parvilobo* et *hirto* diſtinguitur. Reſpectu induſii continui ad Pteridem quidem referretur; ob vero affinitatem ſummam cum praecedenti ejusque proximis, ab illis, me judice, non ſeparari oportet.

## *C. hirta.* pag. 128.

Habitat ad Promontorium bonae ſpei.

### *Deſcriptio.*

*Radix* caeſpitoſa, radiculis numeroſis, filiformibus longis rigidis nigris.

*Stipites* caeſpitem formantes, adſcendentes, erecti, teretes; atropurpurei l. nigri nitidi, pubeſcentes, inferne prope radices ſquamis lineari-lanceolatis ferrugineis lucidis ſtipati.

*Frondes* oblongo-lanceolatae, pedales 2pinnatae l. 3pinnatifidae.

*Rachis* teres, villoſa.

*Pinnae* alternae et oppoſitae ſubpollicares adſcendentes, oblongae.

*Pinnulae* ovatae, minutae, interdum inciſae pinnatifidae: laciniae rotundae crenulatae convexae, ſupra pilis articulatis apice tenuiſſimo longo terminatis, diaphanis adſperſae, ſubtus pilis rufis obtectae, ad margines capſuliferae.

*Capſulae* ferrugineae, ſub crenis inflexis latentes, gyris nitidis.

### *Obſervatio.*

Eandem pro *Polypodio caffrorum* Linnaei olim habui ſed perperam. Huic multum aſſimilatur *C. fragrans*, (*Polypodium fragrans L.* Mant. 2. p. 307.) ſed

Illa dimidio minor Aſpidii fragili non abſimilis, et tota glabra.

*Stipes* atropurpureus, laevis baſi tantum ſquamuloſus.

*Frons* oblonga, 3-pinnatifida, planiuſcula.

*Pinnae* oppofitae, femuncialis.

*Pinnulae* ovatae, pinnatifidae.

*Lacinulae* incifo-lobatae: *lobis* fub apice tenui obtufo inflexo fructiferae.

*Capfulae* pallidae, gyro fufco, una alterave feffilis fub apice cujuscunque lobi.

Sub nomine *Adianti fcandicini* eandem mifit Cel. Willdenow; fed Polypodium (deinde Adiantum) fragrans Linn. eft, tefte fpeciminulo Koenigii ex ipfo herbario Linnaeano ab Amiciffimo Smith benevole mihi communicato.

Diftincta tamen forfitan eft illa fpecies a *Ch. fragranti* quae in Gallia auftrali provenit (fecundum L. Mant. l. c.) cujus fynonymon *Pteridem fragrantem Cavan.* (anales de hift. nat.) effe videtur. Litem componant autoptae.

*Adiantum veftitum* Cel. Sprengelii (Anleit. p. 122.) ad Cheilanthes rectius referatur, foris utpote apicibus inflexis pinnularum obvelatis, proprio indufio carentibus. *Ch. hirtae* nimium affinis videtur, quacum variat frondibus tantum bipinnatis, fed lacinulae pinnularum, integerrimae funt. Frondes ultra tripinnatifidas non vidi, et pili quibus illae utroque latere et fubtus praecipue veftiuntur, hifpidulas reddunt. Hi in rachi denfiores articulato-geniculati at colore dilutiore, nec rubigineo ut in *C. hirto.*

## *C. parviloba.* pag. 128.

Habitat ad Promont. bonae ſpei.

### *Deſcriptio.*

*Filix* pedalis.

*Stipes* teres, filiformis, rigidus, glaber, fuſco-purpureus.

*Frons* oblongo-lanceolata acuminata 2pinnata plana.

*Rachis* teres, atro-purpuraſcens hirta, pilis minutiſſimis erectis ſub adpreſſis obtuſis diaphanis pallidis nigro-articulatis.

*Pinnae* alternae, patentes horizontales pollicares et ſesquipollicares.

*Raches* partiales teretes, hirtae.

*Pinnulae* ſuboppoſitae breviter petiolatae, 3-lobatae, lobo medio oblongo, 2-lineari, lateralibus dimidio minoribus ſubrotundis; omnibus convexis crenulatis glabris.

*Sori* ex *Capſulis* ſubſolitariis majuſculis ſub crenas convexas inflexas *induſii* diſtincti loco tectis, nullis pilis intermixtis.

### *Obſervatio.*

*Cheilanthi hirtae* valde adfinis; ſed *illius* pinnulae multo magis approximatae (absque lobis baſeos) utrinque piloſae praecipue in pagina inferiore ubi rufae.

## *C. tenuifolia.* pag. 129.

*Pteris nigra*, frondibus 3-pinnatis, foliolis ovatis, terminali ſubtrilobo. Retz. Obſ. 6. n. 85.

*Dryopteris campeſtris.* Rumph. amb. VI. t. 34. f. 2.

Habitat in India orientali: China; Inſ. philippinis.

### *Deſcriptio.*

*Radix* caeſpitoſa, radiculis tomentoſis.

*Stipites* conferti, 3-4-pollicares teretes atropurpuraſcentes baſi junioresque hirſuti, ſuperne glabri.

*Frons* ſubſupradecompoſita, interdum minus diviſa, ſubbipinnata; laxa, oblonga, attenuata.

*Foliola* ſuboppoſita, ſubbipinnata l. 2-pinnatifida.

*Pinnae* alternae, ovato-lanceolatae terminales plerumque confluentes inciſae.

*Pinnulae* inferiores ſ. laciniae oblongae, crenulatae, utrinque glabrae, ſubtus pallidiores.

*Sori* in punctis marginalibus ſub crenas, aetate ſaepe confluentes (pteridis ſimiles).

*Capſulae* diaphanae, pallidae, *gyro* fuſco nitido.

*Induſia* e crenis concavis inflexis.

### *Obſervatio.*

Dum filix minus diviſa occurrit, dignoſcitur:

*Pteris humilis*, frondibus ſubbipinnatis, foliolis oblongis inciſis ſubpinnatis, extimis obſolete crenatis, confluentibus. Forſt. prodr. n. 421. Frons hujus brevior, ſubdeltoidea.

In *Pteridi nigra Retz.* pinnulae magis ovatae brevioresque et fere indivisae. At haec variant ratione aetatis, quod in speciminibus *C. tenuifolii* ex eadem radice provenientibus observavi.

Nec *Pteris humilis Cavan.* H. R. Matrit. I. Tab. mihi diversa videtur a Forsteri.

Synonymon Rumphii quod ad *Acrostichum* suum *tenue* retulit Cel. Retzius, evidenter *C. tenuifolii* est. An igitur *Acrostichum tenue* vere diversum?

### *C. multifida.* pag. 129.

Habitat ad Promontorium bonae ſpei; in fiſſuris montium.

### *Deſcriptio.*

*Filix* ſpithamea et ultra.

*Stipites* conferti e tuberculo radicali ſquamulis ſubulatis pallide ferrugineis veſtito, radiculas longas filiformes nigras rigidas emittente; teretes ſupra leviter 2-coſtati nec ſulcati, glaberrimi, atropurpurei, lucidi.

*Frons* ſubſupradecompoſita l. 4-pinnatifida.

*Foliola* ſuboppoſita adſcendentia ſesquipollicaria.

*Rachis* communis et partialis glaberrimi teretes.

*Pinnae* alternae, ovatae, ſemunciales.

*Pinnulae* ſubſeſſiles, oppoſitae, oblongae obtuſae utrinque glabrae, ſubtus pallidiores; inferiores pinnatifidae: laciniis rotundatis crenulatis; ſuperiores inciſae demum tantum crenulatae.

*Sori* in punctis discretis marginalibus ex capſulis minutiſſimis pallidis ſub crenulis concavis inflexis.

### *Obſervatio.*

Glabritie omnium partium a *C. hirto* optime diſtinguitur.

## *C. dichotoma.* pag. 129.

Habitat in monte St. Antonii, Regni Quitenſis, ubi legit L. Nee.

### *Deſcriptio.*

*Filix* ſemipedalis, habitu ſingularis.

*Stipes* filiformis, nigricans, rigidulus, lucidus, glaber.

*Frons* ovata, ſupradecompoſita, 3 4-pollicaris, rachi flexuoſa, glabra.

*Foliola* (ſ. rami) flexuoſa, alterna patentia, 3 pinnata 2-pollicaria.

*Pinnulae* ultimae ſubdiviſionis, diſtinctae, remotae, oppoſitae l. alternae, ſubrotundae, ſubſeſſiles, glabrae, minimae leviter inciſae, ſubtrilobae: *Lacinulis* crenatis, convexis.

*Sori* minutiſſimi in marginibus lobulorum, crenis tectae.

### *Obſervatio.*

Sub nomine *Pteridis dichotomae* mihi communicavit, adhuc vitam degens Cel. J. A. Cavanilles.

## *C. arborefcens.* pag. 129.

*Lonchitis tenuifolia*, arborefcens, frondibus decompofitis, foliis pinnatis, pinnis lineari-oblongis ferratis, infimis pinnatifidis. Forft. prodr. n. 424.

Habitat in Tanna, Inf. amicorum.

### *Defcriptio.*

*Filix* arborefcens.

*Frondes* decompofitae.

*Foliola* 4-pinnatifida, pedalia, latitudine femipedali, utrinque glabra.

*Foliola fecundaria* fpithamea, oppofita patentia.

*Pinnae* fuboppofitae, lanceolatae, acuminatae, pinnatae, fuperiores pinnatifidae.

*Pinnulae* lineares f. lineari-oblongae, acutae, ferratae, infimae fubpinnatifidae, lacinia bafeos furfum aurita.

*Sori* marginales in punctis prope ferraturas difpofiti fubrotundi minuti.

*Indufia* e lacinulis pinnularum femirotundatis inflexis, interius dehifcentia.

### *Obfervatio.*

*Lonchitis* non eft. *Sori* enim finubus pinnularum non fubjecti funt, fed crenulis f. laciniis adfident. A ceteris hujus generis, habitu certe aliena. Foliolum frondis tantum videre mihi contigit.

# Davallia.

## *D. heterophylla.* pag. 130.

*Davallia heterophylla*, frondibus ſterilibus ſimpliciſſimis ovato-lanceolatis acutis integerrimis; fertilibus lineari-lanceolatis ſinuatis multifloris. Smith in Act. Taur. Vol. 5.

*Humata ophioglossa*, ſurculis repentibus hispidis: foliis petiolatis; ſterilibus ovato-acutis, fructiferis linearibus longioribus, triplo anguſtioribus. Cavan. prael. 1801. n. 678. Hort. R. Matrit. I. Tab.

Habitat in India orientali, Nicobar, Sumatra; Inſulis Marianis.

### *Deſcriptio.*

*Surculi* longiſſimi, teretes, radicantes radiculas hinc inde exſerentes ſquamis ſubimbricatis ovato-lanceolatis fuſcis, apice longo piliformi rigidulo tecti, velut hiſpidi.

*Frondes* ſteriles et fertiles diſtinctae remotae, *petiolis* ſubpollicaribus compreſſis glabris.

*Steriles* ovatae acutae integerrimae utrinque glabrae, parallele venoſae, ſesquipollicares.

*Fertiles* parum longiores ſed anguſtiores, fere lineari-lanceolatae, margine aequaliter ſinuatae: denticulis exſertis.

*Sori* ſubrotundi, diſtincti ad ſinus infra dentes in ipſa ſubſtantia frondis leviter immerſi, ex pluribus *capſulis* pedicellatis ovatis pallidis gyro ferrugineo nitido cinctis.

*Indusia* e squamis semirotundis integris, basi reniformi frondi adnatis, superne liberis denticulis marginalibus frondis contiguis.

*Observatio.*

Ob Indusia quasi superficiaria squamaeformia hujus speciei aliquotque aliarum Cavanilles novum genus concinnavit. Id vero, habitu Davalliis simillimum, parum ab illis recedit si fructificationes attente observantur. Margo frondis pariter exciso-dentatus, dentibus subfalcatis, quorum sinu Sori inseruntur, indusiis apices dentium attingentibus tecti. Haec superne libera (nec ut in *Davalliis* lateribus adnata, cyathiformia) ea quae Aspidiis nonnullis insunt, mentiuntur, unde aliquot species Aspidii a Smithio et Cavanillesio huc relatae sunt, sed perperam. Indusia horum licet structura simili gaudeant, vere tamen superficiaria, non marginem versus, sed quasi verticaliter dehiscunt.

*Humata pinnatifida Cavan.* prael. 1801. n. 679. *Davalliae heterophyllae* proxima. Frondes distinctas quoque gerit: steriles scilicet ovato-lanceolatas, sed fertiles pinnatifidas, laciniis dentatis, prope dentes fructiferis. Verum tamen, in Iconibus Hort. R. Matr. cura Cavanillesii excusis, indusia harum specierum a margine plus justo remota exhibentur.

### *D. contigua.* pag. 130.

*Davallia contigua*, frondibus ſimpliciter pinnatis: pinnis alternis, lineari-deltoideis integris approximatis decurrentibus, periſporangiis ovatis glabris integris. Hedw. fil. faſc. IV.

*Trichomanes contiguum*, frondibus pinnatis, pinnis linearibus alternis approximatis integris, fructificationibus apice inciſis. Forſt. prodr. n. 463.

Habitat in inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Filix* 2pedalis, laxa.

*Stipes* breves, teres, pubeſcens.

*Frons* lineari-lanceolata baſi apiceque anguſtior, pinnatifida. *Coſta* hirta.

*Pinnae* ſ. *laciniae* e baſi latiore alternatim coadunatae, lineares pollicares, obtuſae, utrinque glabrae venoſae, patentes, margine crenulatae l. ſubinciſae, inciſuris remotis obtuſis.

*Fructificationes* inciſuris ſuperioribus inſertae.

*Induſia* quaſi ex ipſa ſubſtantia frondis crenis ſubinflatis apice extimo obtuſo contractiori dehiſcentia.

## *D. falcata.* pag. 131.

*Davallia falcata.* Schrad. Journ. für die Bot. p. 87.
Habitat in India orientali? E Museo Thunbergii.

### *Descriptio.*

*Stipes* teres.

*Frons* 2-pedalis, erecta, lanceolata, acuminata, pinnata.

*Rachis* teres, glabra, versus apicem hirta.

*Pinnae* alternae, subsessiles, lanceolatae, falcatae, acuminatae 2-pollicares patentes, basi subtruncatae, sursum *auricula* erecta ovata acutiuscula l. obtusa auctae; deorsum obtusangulatae; margine duplicato-serrulatae supra glabrae vix nervosae, subtus squamulis piliferis adpressis hinc inde sparsis.

*Sori* marginales, remoti, ad apices pinnarum exserti, ovati; *Indusiis* villis ferrugineis hirti, apice contracto dehiscentibus.

*Capsulas* non vidi.

### *Observatio.*

Habitus *Aspidii auriculati.*

D. *pedata.* pag. 131.

*Davallia pedata*, fronde 5-angula 3-fida pinnatifida, laciniis apice multifloris. Smith. Act. Taur. 5.

*Adiantum repens*, frondibus fimplicibus trapeziformibus cordatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis apice ferratis floriferis; infimis incifis. Linn. Supplem. p. 446.

*Humata trifoliata*, furculis repentibus hifpidis: foliis 3foliatis pinnatis, lateralibus feffilibus, medio longiori petiolata. Cavan. prael. 1801. n. 680.

Habitat in Infula Mauritii, infulisque Marianis.

*Defcriptio.*

*Surculi* longiffimi, radicantes, teretes, fquamis paleaceis lanceolatis fufco-ferrugineis imbricati.

*Stipites* filiformes, 3-4-pollicares, angulati glabri, bafi paululum fquamulofi.

*Frondes* bi-tri-pollicares cordatae, trapezoideo-ovatae, 3fidae l. fubtrifoliatae, habitu firmiori, concinno.

*Foliolum* intermedium trapezium, lateralibus bafi coadunatum, l. diftinctum fubpetiolatum, pinnatifidum, laciniis fuperne fenfim decrefcentibus in apicem acutum, ferratum.

*Lateralia* patentia feffilia ovata acuta, bafi deorfum obtusangulata, laciniis infimis productioribus; hinc forma frondis 5-angularis.

*Laciniae* omnes glaberrimae, radiato-ftriatae quafi pictae, nitidae margine denticulatae: dentibus bafi finu diftinctis.

*Foliola* frondium juniorum minus divisa, laciniis saepe confluentibus, obtusis.

*Sori* ad sinus dentium inserti, immersi, sub *indusiis* reniformibus basi adnatis, dentibus adpressis, versus margines dehiscentibus.

*Observatio.*

Fructificationes quoad insertiones sorium indusiorumque *D. heterophyllae* et *pinnatifidae* conformes.

## *D. hirſuta.* pag. 131.

*Trichomanes hirſutum*, frondibus bipinnatifidis hirſutis, pinnulis crenatis. Thunb. flor. jap. p. 339.

Habitat in Japonia. Thunberg.

### *Deſcriptio.*

*Filix* pedalis.

*Stipes* filiformis, 4-6-pollicaris, teretiuſculus, ſulcatus, pubeſcens.

*Frons* lanceolata, erecta, apice ſenſim attenuata, bipinnata, pilis breviſſimis hirſuta, latitud. 2-pollicari.

*Pinnae* alternae, infimae petiolatae, ſuperiores ſeſſiles coadunatae.

*Pinnulae* lanceolatae, acutae, leviter falcatae, infimae majores, ſuperiores baſi confluentes, antrorſum crenatae; venoſae, ſubvilloſae.

*Fructificationes* ad apices crenarum ſolitariae.

### *Obſervatio.*

Ab *Hymenophyllo hirſuto* (*Trichomanes hirſutum Linn.*) abunde differt.

## *D. elata.* pag. 131.

*Trichomanes elatum*, frondibus decompofitis, foliolis pinnatis, pinnis oblongis ftrictis pinnatifido-incifis; fegmentis oblongis apice ferratis, fructificationibus terminalibus ovatis. Forft. prodr. n. 474.

Habitat in Infulis maris pacifici.

### *Defcriptio.*

*Filix* 3-pedalis.

*Stipes* teretiufculus, fuperne canaliculatus, glaber, pallide fufcus.

*Frons* decompofita, 4-pinnatifida.

*Raches* leviter marginatae.

*Pinnulae* oblongo-lanceolatae, apice attenuatae, lineato-ftriatae, ftrictae, utrinque glabrae, fubtus pallidiores.

*Laciniae* lanceolatae inciso-ferrulatae, ferraturis inferioribus apice 2-fidis.

*Fructificationes* ad apices laciniarum inter ferraturas, folitariae, *Indufiis* ovatis, apice obtufo liberis.

### *Obfervatio.*

Hanc nomine generico *Wibeliae* coetu *Davalliarum* eripuit Cl. Bernhardi, folummodo ratione infertionis indufii, quafi a bafi ad medium affixi, ceterum l. fuperne liberi. Haec nota, minoris fane momenti, pro novo genere ftabiliendo non fufficit.

## *D. folida.* pag. 132.

*Trichomanes folidum*, frondibus decompofitis, foliolis acuminatis, pinnis ovato-oblongis incifis crenatis, fructificationibus filiformibus tubulofis. Forft. pr. n. 475.

Habitat in Infulis maris pacifici.

### *Defcriptio.*

*Stipes* 4-gonus, fupra canaliculatus, glaber, nitens, fufcus.

*Frons* decompofita, trapezoidea patens rigida, utrinque glabra, nitens, fubtus pallidior, 3-pinnata fesquipedalis et ultra.

*Foliola pinnaeque* ovato-trapezoidea, acuminata.

*Pinnulae* lanceolato-ovatae obtufae decurrentes, pollicares, incifae, fuperioribus confluentibus; dentato-crenatae, lineato-venofae, fubftriatae.

*Fructificationes* ad apices crenarum infertae.

*Capfulae* numerofae, pallidae *gyris* ferrugineis.

*Indufia* tubulofa, lineari-oblonga, fubcompreffa, apice obtufa, fufco-lutea, glaberrima.

### *Obfervatio.*

Altera quoque occurrit filix, quam pro varietate *D. folidae* habuit *Forfterus.* Hujus loci eft

*Davallia elegans*, frondibus pinnatis decompofitis elongatis, pinnis alternis ovato-dilatatis acuminatis incifis decurrentibus; fegmentis pinnarum dentato-crenatis, vafculofis; perifporangiis ovato-tubulofis, compreffiufculis. Hedw. fil. fafc. IV. tab. (fub nomine *Davalliae procerae*, fed non defcriptio.)

*Frondes* pallidiores, pinnis pinnulisque fere latioribus; *indusia* lato-ovata nec lineari-oblonga, crenis obsoletioribus inserta apice integra. Venae pinnularum subtus distinctiores.

*Davallia pyxidata.* Cavanill. prael. 1801. n. 694. *D. solidae* proxime accedit; sed color paginae inferioris frondis pallidior, nec striata. Pinnulae etiam fere longius petiolatae, laciniis sinu parum latiori distinctis, baseos sursum majoribus, crenis obtusiusioribus emarginatis nec integris. Fructificationes majusculae, subimpressae, hinc frondes supra ubique ad margines elevationibus notatae. *Indusia* ovata, apice retusa.

Distinctior vero est *Davallia caudata Cav.* prael. 1801. n. 695. quae major, foliolis fere oppositis lato-lanceolatis subfalcatis pinnatis in apicem elongatam desinentibus. *Pinnae* trapezio-lanceolatae acuminatae, sesquipollicares; inferiores incisae subpinnatifidae, lacinia baseos sursum productiore; superiores indivisae; omnes margine obtuse serratae. *Fructificationes* ad serraturas insertae, oblongae obtusae.

*D. elegans.* pag. 132.

Habitat in India orientali, China, Canton.

*Descriptio.*

*Filix* 3-pedalis.

*Stipes* teres, glaber, ſupra canaliculatus.

*Frons* bipedalis, decompoſita.

*Foliola* ſesquipedalia, ſuperiora ſenſim breviora, inferne tripinnatifida, dein bipinnata, verſus apices pinnata, pinna lineari longa attenuata terminata.

*Pinnae* alternae lato-lanceolatae, apice quaſi caudatae.

*Pinnulae* lanceolatae; inferiores inciſae, ſegmentis lanceolato-oblongis obtuſis; omnes glaberrimae ſubtiliſſime ſtriatae, margine ſerratae, ſerraturis emarginatis bidentatis.

*Fructificationes* ad ſerraturas inſertae.

*Induſia* parva, ovato-ſubrotunda tubuloſa, inter denticulas exſertas bifurcaturae ſerraturarum, apice leviter retuſa emarginata, rubro-ſpadicea nitentia.

*D. patens.* pag. 132.

Habitat in India orientali; misit Cl. Rottler.

*Descriptio.*

*Frons* decomposita.

*Rachis* semiteres, supra 2canaliculata, glabra.

*Foliola* alterna, pedalia, patentissima, 4-pinnatifida.

*Pinnae*, *pinnulae*que trapezoideae, apice confluentes in pinnam linearem attenuatam.

*Pinnulae* pinnatifidae: *laciniis* lanceolatis, superioribus linearibus; inferiores margine denticulato superiores apice tantum 2dentato fructiferae, striatulae, utrinque glaberrimae, nitentes, subtus pallidiores striis subalbicantibus.

*Fructificationes* exsertae, imprimis terminales quasi subpedicellatae.

*Indusia* parva, ovata, retusa, levissime emarginata inter denticulos, eos vix superantia, pallide castanea.

*Observatio.*

Differt a *Davallia eleganti* quod tenerior licet (forte) major et patentissima, segmentis pinnularum angustioribus sublinearibus; fructificationibus terminalibus subpedicellatis minoribus; indusiis ovatis.

## *D. cuneiformis.* pag. 133.

*Trichomanes cuneiforme*, frondibus bipinnatis; foliolis alternis dichotomis pinnatis: pinnis alternis cuneiformibus incisis; fructificationibus truncato-laceris. Forst. prodr. n. 469.

*Davallia didyma*, frondibus pinnatis, pinnatifidisque glabris flaccidis: pinnis alternis decurrentibus elongatis, pinnarum segmentis cuneiformibus integris, alternatim decurrentibus: perisporangiis terminalibus, didymis. Hedw. fil. fasc. IV. tab.

Habitat in Insulis maris pacifici.

### *Descriptio.*

*Stipes* teretiusculus, subfiliformis, rigidus, glaber.

*Frons* ovata, acuminata laxa; alternatim decomposita, 4-pinnatifida.

*Foliola* infima opposita, cetera alterna.

*Pinnulae* petiolatae, cuneiformi-obovatae, extrorsum convexae, apice retuso denticulato incisae, 2-3-fidae, segmentis cuneatis.

*Fructificationes* apicibus laciniarum insertae geminatae, connatae, *indusiis* ovatis tubulosis ore crenulato denticulis subaequalibus.

### *Observatio.*

Icon Hedwigii minus bona, segmentis pinnularum plus justo angustis. *Davallia retusa Cav.* prael. l. c. n. 692. hujus valde adfinis. *Frons* pariter 4-pinnatifida sed multo major, pinnulis et segmentis latioribus, striato-venosis apice truncatis fructificationibus saepe geminatis, *indusiis* brevissimis latiusculis integris absque denticulis lateralibus.

## *D. tenuifolia.* pag. 133.

*Adiantum tenuifolium.* Lamarck Encycl. meth.

Adiantum nigrum chinenſe tenuiter diviſum, pinnulis minimis obtuſis plerumque bifidis. Raj. hiſt. app. Pluk. alm. 10. t. 4. f. 1.

Habitat in China; Inſ. Mauritii.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teres, ſupra canaliculatus, glaber.

*Frons* pedalis, alternatim decompoſita ſub 4-pinnata.

*Foliola* alterna, patentia, ſuperiora adſcendentia.

*Pinnae, pinnulae*que alternae, trapezoideae.

*Laciniae* pinnularum lineari-cuneiformes ſubdecurrentes, inferiores plerumque bipartitae, apice dilatato ſorifero; utrinque glabrae, ſtriatae.

*Sori* geminati, rarius ſolitarii.

*Induſia* minuta, ſemirotunda, concava, integra.

### *Obſervatio.*

Differt a *D. chinenſi*, (cui proxima) frondibus majoribus patentibus 4-pinnatis lacinulis pinnularum linearibus nec latiuſculis.

## *D. gibberosa.* pag. 134.

*Trichomanes gibberosum*, frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis: pinnis oblongis pinnatifido-incisis, segmentis linearibus integris, margine interiore infra apicem fructificantibus. Forst. prodr. n. 470.

*Davallia glaucescens*, frondibus pinnatis bipinnatisque patentibus, pinnis elongatis alternis pinnatifidis, inferiori pagina glaucescente: pinnarum segmentis lineari-rotundatis integris: perisporangiis ovalibus, ad latus apicis segmentorum. Hedw. fil. IV. tab. (*D. gibberosa.*)

Habitat in insulis maris pacifici.

### *Descriptio.*

*Stipes* tereti-angulosus, glaber viridis.

*Frons* 3-pinnata l. 3-pinnatifida, apice 2-pinnata; glabra.

*Foliola* ovato-lanceolata, acuminata, patentia, compressiuscula, viridia, nec nitentia, subtus glauca.

*Costa* ubique marginato-alata a pinnis decurrentibus

*Pinnulae* pinnatifidae: laciniis decurrentibus, inferioribus incisis, l. iterum pinnatifidis, superioribus indivisis, linearibus, apice rotundatis dilatatis, versus exteriora gibbis.

*Sori* apici laciniarum ad latus interius inserti, subrotundi.

*Indusia* cyathiformia, rotunda, inferne membranacea exalbida, *ore* retuso integro versus costam (nec verticaliter) dehiscente.

---

## *D. epiphylla.* pag. 134.

*Trichomanes epiphyllum,* frondibus 2-pinnatis, foliolis pinnatis acuminatis; pinnis linearibus inciſo-ſerratis: fructificationibus in pagina ſuperiore infra apicem inciſurarum ſquamaceis. Forſt. prodr. n. 471.

*Wibelia multifida* Bernhardi? Conf. Schrad. Journal 1801. I. p. 293.

Habitat in inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Frons* 3-pinnatifida, glabra.

*Stipes* 4-gonus, glaber, rigidus.

*Raches* teretiuſculi.

*Pinnae* ovato-lanceolatae apice attenuato longiſſimo lineari terminatae.

*Pinnulae* lanceolatae, acuminatae, pinnatifidae.

*Laciniae* lineares, ſtriatae, inferiores inciſo-ſerratae, ſerraturis bidentatis.

*Sori* infra apices inciſurarum inter denticulas inſerti.

*Induſia* ſquamae inſtar baſi adnatae, apice oblongo integro patente liberae.

## *D. dumosa.* pag. 135.

*Adiantum* frutescens, spinosum et repens. Plum. fil. 77. t. 94. Petiv. fil. 78. t. 11. f. 6.

*Adiantum aculeatum.* Spreng. Anleit. 3. p. 150. t. 5. f. 37.

Habitat in apricis locis (fundo spinoso Leoganae) insulae Hispaniolae. Plum.

### *Descriptio.*

*Radix* subdivisa, ramulis longe lateque serpentibus lignosis nigris, crassitie pennae anserinae fibrillosis. Plum.

*Stipites* sarmentosi, repentes scandentesque plurimi e radice nigri, lucidi glaberrimi, in frondes ramosissimas supradecompositas mox abeuntes, ramis ramulisque horizontaliter divergentibus, *rachibus* flexuosis angulato-sulcatis glabris, *aculeis* suberectis l. parum recurvis undique obsitis.

*Pinnae* seu *foliola* alterna, lanceolata, bipinnatifida, pinnulis alternis cuneatis inferioribus subpalmatis l. lobatis, lobis cuneatis l. obverse triangulis, antice obtuse crenatis retusis utrinque glabris; superioribus indivisis.

*Sori* in margine superiori loborum solitarii l. saepius geminati, parvi; *indusiis* squamaeformibus, quasi bilamellatis minutis integerrimis, levissime inflexis, exterius dehiscentibus, tecti.

### *Observatio.*

Simillima *D. aculeatae* toto habitu, ita ut non valde miror Cel. *Sprengelium* l. c. hanc pro illam habuisse.

Recte quidem figuram *Plumieri* huc retulit amiciſſimus vir, eo tamen magis ſpecies Adianti minime eſt. Adſunt enim revera fructificationes *Davalliae* propriae, licet ſoros Adianti, induſiis utpote inflexis, mire mentiantur. Si vero leviſſima manu leventur, characterem generis mox indicant. Haec ex attenta inſpectione ſpeciminuli ab optimo *Mohr* communicati teſtari poſſum debeoque.

Hoc loco differentiam inſignem induſiorum *D. aculeatae* (in flor. ind. occid. p. 1700. praetermiſſam) indigitare lubet. Erecta ſunt et omnino patula, latere externo marginis frondis integra ſubacuta interno autem quaſi bidentata, unoquoque ſoro amplectentia. Hinc lobi ſubdenticulati videantur. His luculenter pateat, quantum praeſtat indagatio formae induſiorum pro ſpeciebus ſimillimis rite diſtinguendis.

---

## *Obſervatio.*

*Adiantum ſcandens.* Loureiro Cochinch. p. 837. quod *Davalliis* in diario bot. 1800. p. 89. adnumeravi, attentiori examini ſubjectum, ad *Lygodium* pertinet, quantumque ex ſpecimine minus perfecto conjicere licet, forſan a *L. japonico* reapſe non diverſum. Pinnulis tantum minoribus omnibusque ſpiciferis, ſpicillis breviſſimis differre videtur.

---

# Dickfonia.

## *D. fquarrofa.* pag. 136.

*Trichomanes fquarrofum*, frondibus fubbipinnatis; foliolis oblongis acuminatis fubpinnatis ferratis, ferraturis mucronatis: fructificationibus finuum globofis dehifcentibus fubbivalvibus; ftipite hifpido barbato; caudice arboreo. Forft. prodr. n. 476.

Habitat in Infulis maris pacifici.

### *Defcriptio.*

*Caudex* arboreus, hifpido-muricatus, cortice nigro-purpurafcente.

*Frons* comofa . . . .

*Folia* pedalia, alterna, lanceolata acuminata, rigida, bipinnata.

*Rachis* fupra plana, fulcata; fubtus teres, nigra hifpida, muricata l. pilofa.

*Pinnae* ovato-lanceolatae, alternae, 1-2-pollicares, rigidae. *Raches partiales* fetofae.

*Pinnulae* oblongae l. lanceolatae adnatae, fuperiores coadunatae, margine incifo-crenatae, apice acute ferratae (ferraturis mucronatis) venofae, convexae, fubtus pallidae, utrinque glabrae.

*Sori* globofi ad apices crenarum folitarii. *Receptacula* parva orbiculata quibus inferuntur *Capfulae* ferrugineae, *gyris* nitidis.

*Indufia* duplicia: alterum exterius e crena frondis rotundato-concava integra inflexa fubfornicata; aliud interius f. fuperficiarium concavum pallidius, exteriore oppofitum et ab illo complexum.

## *D. polypodioides.* pag. 137.

*Polypodium nudum*, frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis, pinnis rhombeis inciſo-crenatis; ſtipite ſcabro nudo. Forſt. prodr. n. 446.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* ſcaber.

*Frondes* compoſitae . . . .

*Folia* 3 pinnatifida, ſubſtantiae mollioris.

*Pinnae* lanceolatae, pedales et ultra.

*Raches* angulatae ſulcatae, non marginatae, pubeſcentes.

*Pinnulae* alternae, approximatae ſubſeſſiles, ovato-lanceolatae obtuſae, 2-3 pollicares, pinnatifidae, ſinu anguſtiſſimo; membranaceae, laete virentes.

*Laciniae* rhombeo-oblongae l. obovatae, obtuſae, baſi decurrenti coadunatae, ſuperiores confluentes, ſubdentatae; inferiores inciſae, dentato crenatae, venoſae. *Venae coſtae*que utrinque hirtellae.

*Sori* ſubrotundi minuti ſinu laciniarum et denticulorum paginae frondis ſubimmerſi; venas terminantes.

*Induſia* cyathiformia, lateribus frondi circa ſoros adnata, membranacea, *ore* retuſo undulato ſuperne dehiſcentia.

### *Obſervatio.*

*Dickſonia multifida* (Caenopteris japonica Willd. phyt. 1. 7. 8. f. 1.) pluribus notis *D. polypodioidi* affinis; ſed tota frons magis pubeſcens, raches pinnarum ſubmarginatae, pinnulae acutiores, laciniis evidentius dentato-ſerratis.

## *D. flaccida.* pag. 137.

*Trichomanes flaccidum*, frondibus decompoſitis: foliolis rhombeis ſubpinnatis; pinnis cuneiformibus apice inciſis margine interiore infra apicem fructificantibus. Forſt. prodr. n. 472.

*Dennſtaedtia flaccida.* Bernh. in Diario botan. 1800. 2. p. 124. Cfr. obſ. in eodem diario 1801. p. 294.

Habitat in inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teretiuſculus, ferrugineo-pubeſcens l. piloſus.

*Frons* 3-4-pedalis, glabriuſcula, decompoſita, 4-pinnata ſ. 4-pinnatifida, tenera, laxiuſcula virens.

*Foliola* alterna, pedalia, ovato-lanceolata patentia.

*Raches* teretes, pubeſcentes ex pilis pallidis nigro-articulatis.

*Pinnae* alternae, oblongo- l. ovato-acutae.

*Pinnulae* rhombeo-oblongae obtuſiuſculae pollicares ſurſum inprimis inciſo-pinnatifidae.

*Coſta* pubeſcens.

*Laciniae* cuneato-obovatae, deorſum gibbae, integrae ſurſum ſinu rotundato exciſae, apice ſubdentatae l. obtuſe ſerratae l. interdum integrae, venoſae, glabrae.

*Sori* ſubrotundi, minuti, ſolitarii in ſinu laciniarum, verſus coſtam pinnulae.

*Capſulae* aliquot minutiſſimae pallidae.

*Induſium* duplex: *exterius* e crenula ſinus inflexa, minutiſſimum, ſorum tegens; transverſe ruptum *interius* reliquens calyciforme rotundum, ore truncato integro aperto.

*D. zeylanica.* pag. 138.

Habitat in Zeylona. Thunberg.

*Deſcriptio.*

*Filix* compoſita, forte arboreſcens.

*Frondes* ſupradecompoſitae?

*Folia* oblonga, 2-pedalia, 3-pinnatifida.

*Raches* teretes, glabrae, verſus apices ſubfiliformes, pubeſcentes.

*Pinnae* alternae, lanceolatae, patentes, leviter falcatae, ſemipedales.

*Pinnulae* ſemipollicares, alternae, ſubſeſſiles, leviſſime decurrentes, trapezio-oblongae, obtuſae, ſinuato-pinnatifidae:

*Laciniis* obovatis poſtice gibbis, antice ſubfalcatis ſinu baſi acuto, apice obtuſis dentatis; venoſis, glabris, laete viridibus.

*Coſtae* et *venae* ſubtus pilis ſparſis pubeſcentes.

*Raches* partiales ſubmarginatae ex pinnulis decurrentibus, pilis diaphanis albidis nigro-articulatis obſitae.

*Sori* ſubrotundi ad ſinus ſolitarii.

*Capſulae* numeroſae, ferrugineae receptaculo globoſo inſidentes.

*Induſia* duplicia ſorum amplectentia: *exterius* e denticulo obtuſo concavo inflexo in ſinu pinnulae; *interius* oppoſitum, e membranula ſemicirculari, integra plicata, pallida.

*Obſervatio.*

*D. flaccidae* non abſimilis ſubdiviſione frondis et pinnularum nec non forma lacinularum; ſed ſinus illae anguſtiores, laciniae fere magis cuneatae et deorſum gibboſiores; baſi minime decurrentes nec rachis marginata licet pilis articulatis veſtita. *Sori* etiam multo minores.

Habitu quoque cum *D. diſſecta* valde convenit, ſed ejus frons major, pinnis longioribus et patentioribus, rachibus vix marginatis absque pilis articulatis, pinnulis fere pinnatis, laciniis remotioribus decurrenti-coadunatis ſubrotundo-ovatis vix gibbis.

## *D. japonica.* pag. 138.

*Polypodium criſtatum* var. Houtt. N. h. 2. t. 99. f. 3.
Habitat in Japonia. Thunberg.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* teres, rigidus, viridis, pubeſcens, craſſitie culmi graminis.

*Frons* ſubbipinnata, oblonga, acuminata, 2-pedalis, erecta.

*Pinnae* inferiores oppoſitae, ſuperiores alternae enſiformes, ſemipedales, apice attenuatae adſcendentes.

*Raches* teretes, pallide villoſiuſculae ſtrictae, ſubflexuoſae.

*Pinnulae* ſeſſiles, baſi deorſum recurrentes coadunatae rhombeo-ovatae obtuſae ſubinciſae l. ſerrato-dentatae, glabrae, radiato-venoſae, venis dichotomis ſubtus ſetoſo-hirtis.

*Pinnulae* terminales confluentes in apicem longam ſerratam.

*Sori* infra inciſuras ſ. ſerraturas ſolitarii, ſubrotundi, in apice venarum.

*Capſulae* numeroſae receptaculo parvo inſidentes, ferrugineae.

*Induſia* ſemirotunda, retuſa, membranacea albida ſetoſa, lateribus adnata, ore crenulato patula.

### *Obſervatio.*

*Dickſoniae ſtrigoſae* (Trichomanes ſtrigoſum Thunberg.) proxima, et absque dubio ab Illuſtri inventore cum

illa mixta. Probe tamen diſtinguenda eſt. In *D. ſtrigoſa* frondes et pinnae laxiores ſunt; pinnulis oblongis et acutis, inferioribus ſaepe inciſis, laciniis ovatis dentatis; praeterea ſori parum majores obſervantur, induſiis laevibus.

### *D. marginalis.* pag. 138.

*Polypodium marginale,* frondibus pinnatis, pinnis ſuperioribus coalitis, inferioribus enſiformibus ſurſum auriculatis inciſis; ſtipite villoſo. Thunb. flor. jap. p. 337.

Habitat in Japonia.

### *D e ſ c r i p t i o.*

*Filix* ſesquipedalis.

*Stipes* teres, villoſiuſculus, ſubferrugineus.

*Frons* pinnata, deltoidea.

*Pinnae infimae* ſemipedales, ſubpetiolatae, enſiformes, apice longo attenuato, crenulato, baſi ſurſum auricula ovata acuta erecta rachi contigua auctae, deorſum oblique truncatae, margine utrinque inciſae, laciniis aequalibus ovatis acutis ſubfalcatis ſerrulatis; mediae ſenſim breviores ſeſſiles ſubfalcatae, terminales coadunatae, confluentes; omnes venoſae, ſupra glabrae ſubtus ſubvilloſae, praecipue ad venas.

*Coſta* pubeſcens.

*Sori* infra ſinus laciniarum ſ. inciſurarum ſolitarii l. ad margines laciniarum hinc inde ſparſi, ſubrotundi.

*Capſulae* numeroſae, receptaculo ſubrotundo inſertae.

*Induſia* ſemirotundata baſi lateribusque adnata, ſetoſa, ore retuſo hiante.

### *O b ſ e r v a t i o.*

*Dickſonia polypodioides, ſtrigoſa, japonica* et *marginalis* quoad formam induſii a charactere Dickſoniae parum abludere videntur. Carent enim exteriori illo, a crena

l. lacinia frondis formato, ſorum induſiumque interius plerumque complectente, quoniam Sori a margine parum remoti, receptaculo centrali omnibus *Dickſoniis* communi inſtruuntur, cui capſulae inſertae ſunt. Paginae demum frondis inferiori leviter immerſi, altero latere induſio ſubcalyciformi adnato cinguntur. Hinc *Dickſoniis* propiores quam *Davalliis* et *Cyatheis.*

---

# Cyathea.

## *C. extenſa.* pag. 139.

*Polypodium extenſum*, frondibus bipinnatis; foliolis pinnatis acuminatis apice ſerratis, pinnis oblongis ſerratis; ſtipite punctis aſpero; caudice arboreo. Forſt. prodr. n. 453.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Caudex* arboreus . . . . apice comoſus.

*Frondes* . . . .

*Foliola* bipedales, 2-pinnatae.

*Raches* communes et partiales punctato-aſperae.

*Pinnae* fere oppoſitae, ſeſſiles, lanceolatae acuminatae in apicem longum ſerratum attenuatae, 3-4-pollicares.

*Pinnulae* infimo baſi coadunatae oblongo-lanceolatae acutae leviter falcatae, dentato-ſerrulatae, utrinque glabrae, laete virides, venuloſo ſtriatae.

*Coſta* pinnarum pubeſcens, pinnularum hinc inde ſquamuloſa.

*Soros* nondum obſervavi.

### *Obſervatio.*

Simillima *C. arboreae:* Differt vero pinnulis acutioribus, ad coſtam usque diviſis, margineque toto ſerrulatis.

## *C. dealbata.* pag. 140.

*Polypodium dealbatum*, frondibus 2-pinnatis, foliolis pinnatis acuminatis ſubtus albis; pinnis oblongis ſubfalcatis ſerratis, ſtipite aſpero, caudice arboreo. Forſt. prodr. n. 454.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Deſcriptio.*

*Caudex* arboreus, laevis.

*Frons* comoſa . . . .

*Foliola* 2-3-pedalia, ſubbipinnata, lato-lanceolata.

*Pinnae* ſuboppoſitae ſeſſiles lanceolatae, acuminatae, 3-4-pollicares. *Coſta* laevis.

*Raches* ſulcatae, aſperae.

*Pinnulae* ſeſſiles, coadunatae, oblongo-lanceolatae ſubfalcatae, acuminatae, ſemunciales, ſerratae, utrinque glabrae, ſubtus glauco-caeruleſcenta.

*Sori* ſubrotundi, ad baſin pinnularum deorſum prope coſtam ſolitarii.

*Capſulae* receptaculo minuto ſubrotundo inſertae.

*Induſia* calyciformia, margine aequali ſubtruncato.

### *Obſervatio.*

Optime diſtinguitur fronde ſubtus glauca.

### *C. medullaris.* pag. 140.

*Polypodium medullare*, frondibus 2-pinnatis, foliolis pinnatis acuminatiſſimis: pinnis oblongis ſubfalcatis acutis crenatis, ſtipite aſpero, caudice arboreo hiſpido. Forſt. prodr. n. 452. pl. eſcul. 48.

*Sphaeropteris.* Bernhardi in Diar. bot. Schrad. 1800. I. p. 122.

Habitat in Nova Zeelandia.

### *Deſcriptio.*

*Caudex* arboreus tri- quadri-ulnaris hiſpidus, nigreſcens; intus ſpongioſus, apice *frondibus* orgyalibus, patentibus decompoſitis 2-pinnatis comoſus.

*Stipites* tuberculis minutis calloſis rubicundis aſperi.

*Pinnae* alternae lanceolatae valde acuminatae, 2-3-pollicares.

*Raches* tereti-anguloſae muriculatae.

*Pinnulae* ſeſſiles oblongae coadunatae, acutae, falcatae, crenato-ſerratae ſupra glabrae nervoſae, coſta ſubtus ciliato-ſquamuloſa: ſuperiores confluentes in apicem acute ſerratam.

*Sori* ſubrotundi l. globoſi ſub crenas l. ad baſin pinnularum prope coſtam ſubſolitarii.

*Induſia* veſiculas clauſas mentientia, demum apice rumpentia, calyciformia.

## *C. excelſa.* pag. 140.

Habitat in Inſula Mauritii. Gröndal.

### *Deſcriptio.*

*Caudex* arboreus, ſquamoſus.

*Frondes* ſubbipinnatae, 2-pedales.

*Raches* teretiuſculae l. obtuſe 4-gonae, punctis nigris elevatis ſcabrae, ſupra ſulco nigro exaratae.

*Pinnae* alternae, enſiformes, 4-5-pollicares ſubpinnatae, apice elongato lanceolato-lineari ſerrato terminatae.

*Laciniae* oblongae, ſubfalcatae, baſi coadunatae apice acutiuſculae ſerrulatae, utrinque glabrae venoſae, ſubtus pallidae, venis parallelis bifidis.

*Sori* ſubſolitarii ad baſin pinnularum prope coſtam, globoſi ex *capſulis* pallide ferrugineis fuſco-gyratis circa receptaculum centrale arcte confertis; baſi cincti

*Induſiis* calyciformibus, membranaceis ex apice rumpentibus.

### *Obſervatio.*

A *Cyathea medullari* forſitan ſpecie non diſtincta, at proceriorem eſſe fertur, et pinnae longiores pinnulaeque apice tantum crenato-ſerratae, ſubtus omnino glabrae ſunt.

### C. *affinis.* pag. 140.

*Polypodium affine*, frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis acuminatis, pinnis lineari-oblongis, crenatis, ſtipite glabro. Forſt. prodr. n. 455.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Caudex*? arboreſcens, atropurpureo-nitens, punctis elevatis minutis ſcaber.

*Frondes* 3-pinnatae, 2-pedales.

*Raches* ſcabriuſculae, fuſco-purpuraſcentes.

*Pinnae* alternae, ſubſeſſiles, lato-lanceolatae, 4-pollicares.

*Pinnulae* lanceolatae, baſi latiori coadunatae, acutiuſculae, leviter falcatae ſupra convexae glabrae, rigidae, nervoſae, margine crenatae; coſta ſubtus villoſiuſcula.

*Sori* globoſi coſtae pinnularum approximati: *Capſulis* receptaculo proprio inſidentibus.

*Induſia* veſicularia apice rumpentia.

### *Obſervatio.*

Proxima *C. medullari*, diverſa tamen magnitudine inferiori, ſtipitis colore, pinnulis evidentius crenatis, et ſoris totae coſtae pinnularum contiguis.

# Trichomanes.

## *T. reniforme.* pag. 141.

*Trichomanes reniforme*, frondibus ſimplicibus renifor-
mibus ſtipitatis multifloris; ſeminum receptaculis exſertis cylindricis. Forſt. prodr. n. 462.

*Trichomanes reniforme*, frondibus erectis ſolitariis reniformibus nervoſis glabris, membrana in elongationem decurrente. Periſporangia marginem frondis cingunt, gregaria, ovato-cylindrica, exſerta. Hedw. fil. faſc. III.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* palmaris, teretiuſculus marginatus glaber, ſub fronde parum dilatatus.

*Frons* reniformis, latitudine pollicari, erecta, radiato-venoſa, venis dichotomis, ſoris terminatis; diaphana, laete virens, utrinque glabra.

*Sori* marginales, contigui, in ambitu frondis, ex *Capſulis* numeroſis pallidis nitidis *receptaculo* ſ. Columellae teretiuſculae obtuſae denſe inſidentibus, intra *Induſium* ovato-urceolatum, margini frondis immerſum glaberrimum apice leviter bilobum.

### *Obſervatio.*

Simillimum *Adianto reniformi* et *Lindſaeae reniformi*, ſed ab utraque ſubſtantia et fructificatione diverſiſſimum. Sic natura ludit in diverſis generibus hac eademque forma, ut et ſimpliciſſima illa lanceolata ſ. enſiformis pluribus quoque communis eſt.

### *T. digitatum.* v. addit.

Habitat in Inſ. Franciae et Borboniae.

*D e ſ c r i p t i o.*

*Surculi* implexi, capillares, flexuoſi radiculis breviſſimis villoſis hinc inde exſertis, reptantes.

*Frondes* ſtipitibus capillaribus ſemipollicaribus laxis ſuffultae, erectae, diaphanae, recticulatae laete virentes, digitatae (circumſcriptione ovato-ſubrotunda); *laciniis* profunde ab invicem ſeparatis, linearibus, erectis, ſubuncialibus, latitudine 2 lin., plerumque indiviſae l. interdum bipartitae, apicibus obtuſis ſubemarginatis, margine ſubdenticulatis, denticulis ſetis breviſſimis adpreſſis terminatis.

*Urceoli* ſolitarii ſub apicibus laciniarum inſerti, *ore* dilatato integerrimo.

*O b ſ e r v a t i o.*

Diſtinctiſſimum fronde digitata, urceolis inſertis ore dilatato ſubcampanulato.

## *T. humile.* pag. 143.

*Trichomanes humile,* frondibus pinnatifidis dichotomis, pinnis alternis decurrentibus linearibus obtufis integris; fructificationibus turbinato-infundibuliformibus, ftylis fetaceis exfertis; ftipite vix ullo. Forft. prodr. n. 464.

*Trichomanes humile*, frondibus 2-pinnatis glabris pellucidis dichotomis, pinnis alternatim decurrentibus linearibus emarginatis ferratis. Perifporangiis oblongis turbinatis infundibuliformibus ampliatis. Columnula exferta, apice fiffa. Hedw. fil. fafc. III.

Habitat in Infulis focietatis.

### *D e f c r i p t i o.*

*Frondes* confertae, oblongae l. ovatae, 1-2-pollicares, latitud. unciali, dichotome fubbipinnatae, membranaceae, diaphanae, virides.

*Stipites* breviffimi, tenuiffimi.

*Pinnae* decurrentes, hinc cofta marginata; pinnatifidae l. tantum 2-partitae.

*Pinnulae* f. *laciniae* lineares obtufae l. leviter emarginatae.

*Sori* axillares, folitarii coftae approximati, feffiles, cum *indufiis* turbinatis ore membranaceo purpureo, integro, erecto. *Columella* fetacea exferta.

### *O b f e r v a t i o.*

Simile *T. pyxidifero*, fed minus, laciniis latioribus et magis pellucidum.

# Hymenophyllum.

## *H. bivalve.* pag. 146.

*Trichomanes bivalve*, frondibus fubbipinnatis; pinnis alternis, decurrentibus dichotomis; fegmentis linearibus ferratis; fructificationibus fubrotundis bivalvibus. Forft. prodr. n. 466.

*Trichomanes pacificum*, frondibus bipinnatis et fubbipinnatis, pellucidis, glabris. Pinnis alternatim dispofitis dichotomis elongatis decurrentibus; pinnarum fegmentis alternis linearibus obtufis exacte ferratis. Perifporangiis ovato-ventricofis, ad medium dimidiatis. Hedw. fil. fafc. III.

Habitat in nova Zeelandia.

### *Defcriptio.*

*Stipes* femifpithameus, filiformis, teres rigidus, fufcus, nigricans.

*Frons* oblonga, acuminata 2-pinnata glabra, ficca circinalis, recens fubdiaphana quafi a veficulis diftinctis pellucidis conflata.

*Rachis* flexuofa, marginato-alata.

*Pinnae* alternae, ovato-acuminatae, decurrentes dichotomae.

*Pinnulae* lineares, obtufae denticulato-ferratae.

*Sori* ad apices pinnularum folitarii globofi. *Columella* conico-cylindracea, exferta.

*Indufia* ovato- l. fubrotundo-ventricofa, valvulis integerrimis conniventibus, pinnulae cui infident latiora.

*Obfervatio.* Laciniis f. pinnulis denticulato-ferratis ab *H. clavato* facile diftinguitur.

## *H. dilatatum.* pag. 148.

*Trichomanes dilatatum*, frondibus ſubbipinnatis: pinnis alternis dichotomis decurrentibus cuneiformibus inciſis, fructificationibus bivalvibus orbicularibus inflatis. Forſt. prodr. n. 467.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Filix* pedalis e Surculo repente radiculis longis pinnatis nigris hirtis.

*Stipes* teretiuſculus, 4-5-pollicaris, ſub fronde rachisque leviter marginatus.

*Frons* ovato-lanceolata, glaberrima, laete virens, 3-pinnatifida.

*Pinnae* alternae, remotae, baſi cuneiformes; ovatae, acuminatae, irregulariter pinnatifidae l. dichotomae.

*Lacinulae* inaequales, lato-lineares, obtuſae, integrae.

*Sori* lacinias pinnarum verſus apicem frondis terminantes, ſolitarii l. geminati, globoſi. *Columella* vix exſerta.

*Induſia* majuſcula, inflata, valvulis ſubrotundis, integris, pallide viridibus.

### *Obſervatio.*

Magnitudine partium, ſoris valde globoſis, induſiorumque colore mox dignoſcendum.

*H. demiſſum.* pag. 147.

*Trichomanes demiſſum*, frondibus bipinnatis; foliolis alternis, ſtrictis pinnatis: pinnis pinnatifido-dichotomis: ſegmentis linearibus obtuſis, integris; fructificationibus globoſis terminalibus. Forſt. prodr. n. 468.

*Trichomanes demiſſum*, frondibus erectis glabris pinnatis ſubbipinnatisque: inferne ad elongationem oppoſitis, deinceps alternis decurrentibus integerrimis: laciniis lineari-obtuſis, integris dichotomis: periſporangiis terminalibus ovato-obtuſis variis; columnula brevi, non exſerta. Hedw. fil. faſc. 3. tab.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

*D e ſ c r i p t i o.*

E ſurculo radicante ſurgunt

*Frondes* ovatae acutae, 2-pinnatae, glabrae, quarum

*Stipites* teretes, filiformes glabri, 2-unciales l. ſesquipollicares.

*Pinnae* alternae, dichotome pinnatifidae, patentes, rigidiuſculae.

*Laciniae* lineares breves obtuſae apice 2-fidae praeſertim ſoriferae, diaphanae, margine integerrimae.

*Rachis* ſubmarginata e pinnis decurrentibus ſubflexuoſa.

*Sori* terminales, geminatae, parvae.

*Induſia* globoſa, valvulis oblongo ſubrotundis integris.

*O b ſ e r v a t i o.*

Differt ab *H. clavato* forma frondis; laciniis anguſtioribus et induſiis globoſis.

*H. denticulatum.* pag. 148.

Habitat in Java. Thunberg.

*Descriptio.*

*Filix* ſubſpithamea.

*Stipites* e ſurculo repente, ſubcapillares, teretes, laxi glabri.

*Frondes* ovatae l. oblongae acutiuſculae l. obtuſae, 3-pinnatifidae, glabrae, fuſco-virides, ſiccae fuſco-brunneae.

*Rachis* flexuoſa, ſubmarginata, praecipue verſus apicem frondis.

*Pinnae* alternae, ovatae dichotome ſubdiviſae, patentes, pollicares, decurrentes, ut et

*Pinnulae* pariter alternae, diviſae in *lacinias* lineares obtuſas l. emarginatas, margine ſinuato repando-denticulatas.

*Denticuli* nudo oculo ſubſetacei acuti, molliuſculi nec rigidi.

*Fructificationes* ſupra axillas pinnarum terminalium ſolitariae, oblongae, erectae.

*Induſia* erecta, *valvulis* in cylindrum conniventibus.

*Obſervatio.*

*H. dichotomum.* Cav. prael. 1800. n. 668. huic ſimile, ſed differt: pinnulis diſtinctioribus laciniis anguſtioribus margine magis flexuoſo undulato, denticulis ſubſpinuloſis remotioribus, fructificationibus majoribus.

## *H. ſanguinolentum.* pag. 148.

*Trichomanes ſanguinolentum*, frondibus ſubbipinnatis, foliolis alternis pinnatifidis; pinnis dichotomis, lineari-oblongis obtuſis integris decurrentibus; fructificationibus ovato-ſubrotundis dehiſcentibus. Forſt. prodr. n. 465.

*Trichomanes ſanguinolentum*, frondibus bipinnatis, patentibus: pinnis alternis elongatis decurrentibus pinnatifidis; pinnulis alternis dichotomis glabris lineari-oblongis rotundatis integerrimis decurrentibus. Hedw. fil. faſc. III. Tab.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

### *D e ſ c r i p t i o.*

*Surculus* capillaris, repens, radiculoſus.

*Stipites* pollicares, filiformes, teretes, atropurpuraſcentes, glabri.

*Frondes* erectiuſculae, ſiccitate incurvatae, rhomboideo-ovatae, 3-4-pollicares, pallide purpureae, diaphanae, 3-pinnatifidae. *Raches* marginatae.

*Pinnae* alternae ovatae acutae 2-pollicares, patentes.

*Pinnulae* cuneato-rhombeae decurrentes, ſurſum imprimis diviſae in *lacinias* lineari-oblongas obtuſas integras.

*Fructificationes* terminales.

*Induſiorum valvulae* ovatae obtuſae.

### *O b ſ e r v a t i o.*

Proximum *H. clavato*, a quo diſcrepat forma frondis rhomboidea nec oblonga et colore lacinulis latioribus apice integris nec emarginatis.

*H. emarginatum.* pag. 148.

Habitat in montibus Javae. Thunberg.

*Descriptio.*

*Surculi* longiſſimi, teretes, nudi radicantes radiculis filiformibus longis villoſis fuſcis.

*Stipites* teretes, glabri, ſtricti, 2-3 pollicares.

*Frondes* ſemiſpithameae, oblongae, ſubtripinnatae, glabrae, diaphanae.

*Raches* marginatae.

*Pinnae* decurrentes, alternae, laxae.

*Pinnulae* dichotomae, ſeu bipartitae.

*Laciniae* latiuſculae, lineares obtuſae apice emarginatae; terminales 2-3-plo-longiores; omnes margine integerrimae.

*Sori* terminales in laciniis brevioribus verſus apicem frondis globoſi. *Columella* incluſa.

*Valvulae induſiorum* ſubrotundae, majuſculae, erectae, conniventes.

*Obſervatio.*

Species inter majores numeranda, laciniis terminalibus elongatis notabilis.

*H. multifidum.* pag. 149.

*Trichomanes multifidum*, frondibus decompositis, foliolis alternis pinnatis, pinnis dichotomis linearibus decurrentibus argute serratis; fructificationibus ovato-subrotundis dehiscentibus. Forst. prodr. n. 473.
Habitat in Insulis maris pacifici.

*Descriptio.*

*Stipites* e surculo filiformi, repente, longi, filiformes, laxi, teretes, glabrae.

*Frondes* subtriangulares, acutiusculae, 2-3-pollicares decompositae, 3-pinnatifidae, glabrae, curvatae, diaphanae. *Raches* flexuosae, marginatae.

*Pinnae* decurrentes, patentes, dichotomae remotiusculae, pinnulis distinctis.

*Laciniae* lineares, angustae, apice obtuso integro, margine argute serratae.

*Fructificationes* supra axillas pinnarum et pinnularum solitariae insidentes, majusculae. *Columella* inclusa.

*Valvulae indusiorum* obovatae, compressae, integerrimae.

*Observatio.*

Affine *H. fucoidi* at dfversum: forma frondis — *Laciniis* multo angustioribus et *valvulis indusii* integerrimis.

Ab *H. bivalvi* situ fructificationum etc.

# S c h i z a e a.

S. *pennula.* pag. 150.

Habitat in America calidiore.

*D e ſ c r i p t i o.*

*Stipes* breviſſimus, teretiuſculus, ſubfuſcus oculo armato muriculatus, in Frondem continuatur pedalem, ſtrictam lineari-filiformem, ſubancipitem a rachi ſemiteretiuſculo ſubtus evidentiori, margine integerrimam, utrinque nudam.

*Appendiculi* terminales, ſecundi, in 5-paribus contiguis diſpoſiti, lineares, apice convoluto ſubulato erecti, fere ſemunciales, oblique ſtriatuli, glabri.

*Capſulae* ſerie ſolitaria ad latera coſtae appendiculi ſeſſiles, pilis aliquot longiuſculis ferrugineis immixtae, tubinato-obovales, vertice gyro lucidiore notatae, antice longitudinaliter hiantes; pallidae fuſcae.

*Induſia* e marginibus appendiculorum leviter involutis, membranaceis.

*O b ſ e r v a t i o.*

Species pulchella, Africanae proxima, ſed illa appendiculis numeroſioribus, apicibus ſubincurvis conniventibus etc. gaudet.

## *S. digitata.* pag. 150.

*Acrostichum digitatum*, ſtipitibus nudis triquetris, fronde digitata lineari integerrima aequali. Linn. ſpec. plant. 1524. Flor. Zeyl. 379. Amoen. Acad. 1. p. 269 t. 12. f. 1.

Planta pluribus foliis triquetris inſtar graminis cyperini ſummitate foliorum in plurima folia biuncialia diviſis. Herm. Zeyl. 27. Burm. Zeyl. 194.

Habitat in Zeylona, Malabaria.

### *Deſcriptio.*

*Stipites* numeroſi, 3-quetri, 2-3-pollicares, nigri, rigidi, baſi imbricatim congeſti, radiculis brevibus rigidis intermixti, continuati in

*Frondes* longiſſimas, 2-pedales, lineares, 2-3-lineas latas, margine integerrimas, apice acutas, utrinque glabras, ſupra planas, ſubtus coſta carinata notatas (ſubtriquetras); conſiſtentia rigidiori.

*Appendices* frondes terminantes, faſciculatae ſ. ſubdigitatae, aequales, erectae, 6-10-lineares ſubulatae, 2-unciales, ſubtus inter margines involutas et coſtam utrinque foventes lineas fructificantes continuas ex *Capſulis* numeroſis confertiſſime approximatis, ſeſſilibus, turbinato-obovatis, concentrice ſtriatis, altero latere ab apice longitudinaliter hiantibus, fuſco-ferrugineis, nitentibus.

*Induſia* ex margine appendiculorum involuto continua; hinc initio tereti-ſubulati, demum explicati lineares evadunt appendices.

*Obſervatio.*

Filix vere ſimpliciſſima, cujus Appendices fructiferas pro frondibus ipſis olim habuit *Linnaeus*, totamque partem cui inſident, ſtipitem appellavit. Stipes tamen facile diſtinguitur a fronde, ſi inferiora ſ. radici propiora reſpicias, ubi fronde anguſtior et exacte triqueter eſt.

Specimen hujus ſpeciei ſingularis, diu a me exoptatum, amiciſſime ex Trankebaria miſit cel. Rottler.

# Lygodium.

## *L. volubile.* pag. 152.

*Osmunda scandens.* Aubl. guian. p. 961.
Phyllitidi multifidae affinis filix scandens. Sloan. h. 1. 68. t. 46. f. 1.
Habitat in India occidentali, Jamaica, Guiana.

### *Descriptio.*

*Caulis* teres, scandens, volubilis tortuosus, glaber; juniores subangulati leviter costati.

*Frondes* conjugatae e tuberculis lateralibus sessilibus alternis retusis glabris, semipedales, pinnatae. *Raches* teretes, flexuosae.

*Pinnae* petiolatae alternae, articulo parvo petiolis teretibus 2-3-linearibus, insertae oblongo-lanceolatae obtusiusculae integrae nec lobatae, rarius 2 partitae; steriles margine serrulatae, fertiles dentatae, dichotome et parallele venosae, 2-4 pollicares, latitudine semi-pollicari, utrinque glabrae, supra nitidae, rigidiusculae.

*Spicillae* in margine pinnarum, dentibus insidentes, 3-4 lineas longae, lineari-teretiusculae, obtusae, unilaterales imbricatae *squamulis* alterna connatis, sparse ciliatis, altero latere concavo hiante foventibus *Capsulas* solitarias sessiles subinclusas obovatas, superne s. vertice striis concentricis notatas, a basi ad verticem interiora versus rima apertas l. dehiscentes.

*Indusiorum* vices gerunt squamulae.

*Observatio.* Differt a *L. scandente*, (cui proximum) imprimis frondium pinnis simplicibus oblongo-lanceolatis, nec basi cordatis, saepe lobatis.

## *L. venuſtum.* pag. 153.

Filix ſcandens pulchra braſiliana. Breyn. Cent. 135. t. 96. Moriſ. h. 3. 568. ſ. 14. t. 3. f. 15.

Habitat in America meridionali, Braſilia, Surinami.

### *Deſcriptio.*

*Caulis* teres, volubilis, glaber.

*Frondes* conjugatae e tuberculo ſtipitato tomentoſo; pedales 2-pinnatifidae, inferne 3-pinnatifidae.

*Stipites* ſub tuberculo e caule remote exſerti, teretes, ſemipollicares, glabri.

*Raches* frondium teretes, ſubflexuoſae, pallide-ferrugineo-tomentoſae.

*Pinnae* petiolatae, alternae, cordatae baſi 3-lobae, laterales rotundatae, intermedia oblongo-lanceolata acuta 2-pollicari; margine inaequaliter inciſae, crenatae l. ſubpinnatifidae, apice ſerrulatae.

*Pinnae* inferiores iterum pinnatae, *pinnulis* ovatis oppoſitis patentibus, inciſis crenatis ſemuncialibus.

*Spicillae* crenas ſ. inciſuras pinnarum ſ. pinnularum terminantes *Lygodii* volubilis omnino ſimiles *ſquamis* margine tantum evidentius ciliatis.

### *Obſervatio.*

Specimen Surinami lectum omnibus pinnis fructiferis praeditum relata praeſtitit, figura citata *Breynii* optime quadrans. De vero forma pinnarum ſterilium nil certi dicam.

Diverſum a *L. ſcandente* pinnis inciſis ſubpinnatifidis, inferioribus vere pinnatis, et pubeſcentia partium, ut pro varietate ejus certe non habendum ſit.

A *L. pinnatifido* etiam facile diſtinguitur: pinnis baſi cordatis, margine inaequaliter inciſis.

---

# Mohria.

## *M. thurifraga.* pag. 159.

*Polypodium caffrorum*, frondibus bipinnatis, pinnis ovatis inciſo-denticulatis, ſubtus paleaceis margine reflexis, fructificationibus marginalibus. Linn. Mant. 2. p. 307.

*Osmunda thurifraga*, pinnata, pinnis lobatim inciſis, lobis crenulatis, frondibus fructificantibus veluti criſpatis thuris inſtar ſuaveolentibus. Lamarck Enc. 5. p. 855.

*Osmunda thurifera*, frondibus ſubbipinnatis, ſterilium pinnulis inciſo-ſerratis, fructificantium lobatis, margine capſuliferis. Schrad. Diar. bot. 1800. II. p. 105.

Filicula geranii arvenſis folio et facie aethiopica ex Promont. bonae ſpei. Pluk. Mant. p. 77. t. 350. f. 10. (frond. ſteriles.)

Habitat in Inſula Borboniae. Sonnerat. Commerçon. ad Promont. bonae ſpei. Thunberg.

### *Deſcriptio.*

*Filix* caeſpitoſa, 8-10-pollicaris.

*Radices* aggregatae, filiformes, longae ſparſae, teretes ſubdiviſae, rigidae, fibrillis numeroſis capillaribus pallidioribus.

*Frondes* diſtinctae.

*Steriles* breviores. *Stipites* ſemiteretes, ſuperne concaviuſculi, ſquamis minutis ſparſis hiſpidi, virideſcentes, baſi fuſci.

*Frondes* bipinnatae l. ſubtripinnatifidae, oblongae, glabrae l. ſubtus imprimis paleaceo-piloſiuſculae.

*Pinnae* pollicares, baſeos et apicis breviores, alternae oblongae, ſubhorizontaliter patentes.

*Pinnulae* ſuboppoſitae, ovatae, baſi leviter cuneatae, nervoſae, 3-fidae l. 3-lobatae, lacinulis lateralibus minoribus media parum majore 3-fida; omnibus apice inciſo-denticulatis, denticulis acutis l. ſubinde obtuſiuſculis.

*Fertiles* 2-plo 3-plove longiores, erectae, bipinnatae.

*Stipites* teretes, fuſco-purpurei glabri, inter pinnas pubeſcentes, hiſpidi.

*Pinnae* fere oppoſitae, ſubpollicares, oblongae, erectiuſculae.

*Pinnulae* alternae, ſubſeſſiles, ſubrotundae, 3-lobatae, ſupra glabrae ſubtus piloſiuſculae, lobo medio majori, iterum ſubtrilobato; omnes ſubcriſpo-crenatae, crenis rotundis trilobis.

*Fructificationes* prope margines concavas paginae inferioris inſertae, quaſi impreſſae, diſtinctae.

*Capſulae* ſubrotundae, ſeſſiles, plerumque binae ſub crena, minutae, vertice parum depreſſo ſtriatulae, ſtriis concentricis, ſubtus reticulatae, pallide ferrugineo-nitentes, hiatu latere antico a centro ad baſin usque dehiſcentes. *Semina* numeroſa, minuta.

*Induſia* e crenulis marginis pinnularum inflexis, capſulas ad partem obtegentibus.

### *Obſervatio.*

Odor filicis fragrans, Reſinae Benzoin redolentis, hinc Gallis in Inſula Borbonia *feuille d'Encens* audit.

Hanc verum eſſe *Polyp. caffrorum L.* ex autopſia ſpecimi-nis unici herb. Linnaeani certiorem me indulgenter fecit Cel. Smith.

Denſiori villoſitate paleacea ſubtus obteguntur frondes in ſpecimine Linnaei e Promont. bonae ſpei, pariter ac in Commerſoniano ex Inſula Borbonia, quam in meo etiam ad Promont. bonae ſpei lecto.

Genus ab *Osmundis* diverſum ſitu, inſertione et forma Capſularum ſeſſilium et praeſentia induſii. Ad ſimilitudinem generis *Cheilanthis* (Adianta olim mihi ſpuria) quidem accedere videtur; ejus vero ſpecies Capſulis revera gyratis facillime diſtinguuntur.

# T o d e a.

## *T. africana.* pag. 162.

*Todea africana.* Willd. in Schrift. der Acad. zu Erfurt p. 14. tab. 3. f. 1. (pinna fructif.)

*Acrostichum barbarum*, frondibus bipinnatis, foliolis oppositis, pinnulis lanceolatis obtusis serratis sessilibus alternis. Linn. Sp. plant. 1529. Hort. Cliff. 476. Amoen. Acad. 1. p. 274.

*Osmunda barbara*, fronde bipinnata, pinnulis infimis fructificantibus. Thunb. prodr. Cap. p. 171.

*Osmunda totta*, fronde subbipinnata, pinnulis lanceolatis serrulatis, subtus venis capsuliferis. Swartz. filic. Schrad. Diar. bot. 1800. p. 105.

*Filicis* africana floridae similis, in foliorum argute denticulatis. Pluk. Alm. 156. t. 181. f. 5. (pars frondis absque fructif.)

Habitat ad Promontorium bonae spei.

### *D e s c r i p t i o.*

*Stipes* simplex, 4-gonus, glaber, punctis lineolisque fuscis nitidis irroratus.

*Frons* 2-3-pedalis, oblonga, erecta, rigida, bipinnata.

*Rachis* compressiuscula angulosa, supra leviter sulcata, bicostata.

*Foliola* suboppposita, semipedalia, patentia, inferiora et superiora sensim breviora. *Petioli* ad latera interiora decurrentes (hinc rachis costata).

*Pinnulae* subalternae, sessiles s. basi levissime coadunatae, pollicares, lineari-lanceolatae obtusae l. acutae,

crenato-ſerratae, parallele venoſae, venis obliquis bifidis, utrinque glabrae, rigidiuſculae, ſubcoriaceae.

*Fructificationes* in pinnulis infimis foliolorum inferiorum ſeu baſeos frondis ad venas paginae inferioris erumpentes. S. *Capſulae* ſubſeſſiles, in lineis transverſis ſubparallelis ad latera Coſtae utrinque diſtributae, numeroſae, contiguae (hinc in adultioribus confluentes totam paginam in modum Acroſtichi occupantes); obovato-ſubrotundae, longitudinaliter ſtriatae, reticulato-venoſae, dorſo verticem verſus gibbo minuto ſtriatulo lucidiore notatae (gyri veſtigium), antice regulariter dehiſcentes, ſemibivalves.

### *O b ſ e r v a t i o.*

Osmundis proximum eſſe genus, non eſt quod negemus; attamen diſtinguitur Capſulis fere omnino ſeſſilibus e venis parallelis regulatiter prorumpentibus. In Osmundis vero, ubi pinnulae ipſae interruptae in racemulis ſpicaeformibus teretibus abeunt, Capſulae absque ordine et quaſi in acervulis diſtinctis aggregatae ſunt.

# Mertensia.

*M. glauca.* p. 164. Act. Holm. 1804. p. 177.

*Polypodium glaucum*, fronde bipartita bipinnata, fubtus glauca; pinnulis incifis integris. Thunberg flor. japon. p. 338.

Habitat in montibus Nagafaki, Fakoniae Imperii Japoniae; Thunberg. In Jamaica? Ipfe.

## *Defcriptio.*

*Stipes* teres, fubtus planiufculus, glaber, pedalis, superne bipartitus.

*Frondes* binae, bipinnatifidae erecto-patentes, glabrae, pedales et ultra.

*Raches* teretes, fupra bicoftatae feu fulco utrinque argute marginato exaratae, glabrae.

*Gemma* imbricato-fquamofa l. paleacea in dichotomia frondium cum rudimentis frondium lateralibus.

*Pinnae* fupoppofitae, feffiles, patentes fpithameae, pinnatifidae.

*Cofta* fupra fulcata fubtus teretiufcula, glabra.

*Pinnulae* fubalternae, feffiles coadunatae lanceolatae, obtufae, patentes, femunciales, integerrimae, glabrae, venofae, fubtus glaucae.

*Sori* fubrotundi, diftincti ad latera nervi medii pinnularum utrinque fparfi, fuperficiales ex *Capfulis* 4-6 confertis feffilibus fubrotundis fubdepreffis venulofis ftriis longitudinalibus gyrum aemulantibus medio cinctis; femibivalvibus f. a vertice ad bafin regulariter altero latere dehifcentibus.

### *Obſervatio.*

A reliquis congeneribus diviſura ſtipitis frondisque evidenter discrepat.

Filicem huic omnibus partibus ſimillimam, in montibus excelſis Jamaicae quondam obſervare mihi contigit, pinnulis paulo tantum anguſtioribus praeditam. Fructificationem interea non vidi, ideoque determinatio completa ejusdem vegetabilis autoptis futuris relinquenda eſt.

## *M. tomentoſa.* pag. 164.

Habitat in Peruvia.

### *Deſcriptio.*

*Stipes* dichotomus . . . .
*Frondes* pinnatae . . . .
*Coſta* ſulcata, paleaceo-piloſa.
*Pinnae* ad coſtam fere diviſae, leviſſime baſi coadunatae approximatae, parallelae lineares obtuſiuſculae, pollicares integerrimae, ſubtiliter venuloſae venis bifidis; ſupra glabrae, ſubtus incano-tomentoſae, nervo medio imprimis villoſo; membranaceae.
*Sori* diſtincti, ſed approximati, ſerie longitudinali ad latera nervi medii utrinque coordinati, ſubrotundi ex *Capſulis* 3-4-confertis ſeſſilibus, globoſis, venoſis, cingulo ſubdiaphano ſtriato medium circumambiente; ſemibivalves, ſ. aequaliter altero latere ruptis, nitentibus, pallidis.

### *Obſervatio.*

Species certe diſtinctiſſima a beato amico Cavanilles ſub titulo *Gleicheniae tomentoſae* olim communicata. Particulas frondis ſolummodo perſcrutavi. Hinc abſoluta delineatis filicis adhuc deſideratur.

# Gleichenia.

## *G. glauca.* pag. 165.

Habitat . . . . .

### *Descriptio.*

*Rachis* glabra, rare glauco obducta.
*Frondes* ſubbipinnatae . . . .
*Pinnae* approximatae 2-3-pollicares.
*Pinnulae* ſeſſiles, coadunatae ovatae.
*G. circinnatae et polyp.* duplo majores, integerrimae, planiuſculae, ſupra virides utrinque glabrae, ſubtus paulullum concavae, atomis farinulentis caeruleo-glaucescentibus tectae; craſſiuſculae.
*Sori tricapſulares. Capſulae* foveolis ſemitrilocularibus prope limbum ſuperiorem pinnularum baſi immerſae, *P. polypodioidis* ſimillimae, ſed fere minores.

### *Obſervatio.*

E fragmentis quae benevolentiae Cl. Cavanilleſii debeo, deſcriptio quidem manca heic redditur. Ut vero ſpecies bene diſtincta videatur, ad futuram inveſtigationem proponere volui.

## *G. circinnata.* pag. 165.

Habitat in nova Hollandia ad Sinum Botanices.

### *Descriptio.*

***Stirps*** reptans.

***Rachis*** teres, pilis nigris minutiffimis fetofis fafciculatis pubefcens, fufco-purpurafcens, flexuofa, fubvolubilis, fubdivifa in ***ramis*** oppofitis, patentibus, rigidis, terminatis ***Frondibus*** 2-partitis f. dichotomis, flexuofis, fubbipinnatis.

***Rachis*** partialis filiformis, teres, pubefcens.

***Pinnae*** alternae, feffiles lineares fubfiliformes, 2-pollicares, horizontaliter patentes, rigidulae.

***Pinnulae*** feffiles, alternae, fubcoadunatae femirotundae, minutae, integerrimae convexae glabrae, fubtus concavae coftaque pubefcentes; infimae f. rachi proximae parum majores.

***Sori*** folitarii ex ***Capfulis*** faepiffime quatuor in foveola margini fuperiori pinnularum fubimmerfis approximatis feffilibus, fubrotundis pallidis venulofis nitidis, intus verfus a vertice regulariter divifibilibus, circa medium gyro ftriato quafi notatis.

### *Obfervatio.*

Diftinguitur a *G. polypodioide* pinnis longioribus, pubefcentia notabili et foris plerumque ex quatuor capfulis compofitis.

Genus habitu maxime affine *Mertenfiae*, fructificatione Soris folitariis frondi fubimmerfis diverfum.

# Angiopteris.

## *A. evecta.* pag. 166.

Hoffm. in Comment. Goetting. XII. p. 29. t. 5. Synonymis Plum. exclufis, praeter

*Polypodium evectum*, frondibus pinnatis, pinnis oppofitis oblongis apice lineari-acuminatis ferratis, fructificationum ferie fubmarginali continua. Forft. prodr. n. 438.

*Clementea palmiformis*, caule arboreo, foliis bipinnatis coronato. Cav. prael. 1802. n. 1164. Hort. R. Matr. I. Tab. (Angiopteris evecta.)

Habitat in Infulis Societatis, Marianis.

### *Defcriptio.*

*Filix* palmaeformis.

*Caudex* arboreus, diametro fpithamali, 5-pedalis, albefcens, apice comofus.

*Frondibus* 6-pedalibus, horizontaliter patentibus, bipinnatis.

*Pinnae* bipedales.

*Stipites* teretes, craffitie digiti minimi, glabri.

*Raches* laeves, teretes.

*Pinnulae* alternae, fubfeffiles, 6-9-pollicares, usque ad unciam latae, lineari-lanceolatae, bafi rotundatae inaequales furfum fere productiores, apice in acumen longum groffe ferratum attenuatae; margine obfolete ferratae, leviffime undulatae, glabrae, laete virides, transverfim ftriatae a venis approximatis bafi hinc inde bifidis, horizontaliter paralleleque inter

costam ad margine excurrentibus; subtus rufescentes, glabrae.

*Costa* angusta, sulco medio exarata.

*Fructificationes* non procul a margine utrinque quasi in lineam a basi pinnularum usque sub apice attenuata productam, compositam ex

*Capsulis* serie duplici s. 4 6 paribus unaequaeque venae adjacentibus, transversim collocatis (omnibus seriebus approximatissimis lineam continuam hoc modo formantibus), basi sibi invicem contiguis, ovalibus, dorso a proximis emarginato, postice sessilibus, agyratis, striis lateralibus a vertice ad basin notatis, antice seu verticaliter rima regulari dehiscentibus.

*Semina* lenticularia, sphaerica, fusca.

## *Observatio.*

Diversa a *Marattia fraxinea* seu *Myriotheca Jussieui*: Lamarck illustr. t. 866. cujus frondes hujus pinnis similes. Illa vero simpliciter pinnata est et fructificationibus distinctissimis gaudet.

Descriptio a Cel. Hoffmanno l. c. data optima: Pinnam vero unicam nec habitum totius filicis exhibet.

# Ophiogloſſum.

## *O. nudicaule.* pag. 169.

*Ophiogloſſum nudicaule*, foliis ovatis, ſcapo aphyllo. Linn. Suppl. p. 443.

Habitat ad Promont. bonae ſpei, unde attulit Thunberg.

### *Deſcriptio.*

*Radices* faſciculatae, tereti-filiformes, ſimplices rectae fuſcae.

*Frons* ſubſolitaria, fere radicalis, ovata acumine breviſſimo baſi attenuata ſubpetiolata, integerrima, utrinque glabra.

*Scapus* biuncialis, teretiuſculus ſtriatus glaber, pallide virens.

*Spica* terminalis, tereti-linearis, ſemuncialis ex *Capſulis* rachi diſtiche adnatis inter ſe invicem connatis transverſe demum ad rachin usque dehiſcentibus, hinc valvulis apertis, ſpica quaſi articulata videtur.

*Apex* ſpicae nudus, ſubulatus.

### *Obſervatio.*

Absque dubio diſtinctum ab *Ophiogloſſo luſitanico* fronde ovata ſubradicali.

In *O. luſitanico* praeter frondem caulinum, radicale petiolatum etiam obſervavi.

# Lycopodium.

## *L. filiforme.* pag. 174.

Habitat in Sandwich-Islands.

### *Descriptio.*

*Caulis* filiformis, craſſitie fili mediocris ramoſo-divaricatus longiſſimus repetito-dichotomus, *ramis* bifariis patentiſſimis, terminalibus ſenſim brevioribus; tectis

*Foliis* quadrifariis ſubimbricato-adpreſſis, lanceolato-linearibus ſubulatis ſupra concavis ſubtus carinatis, margine integris, glabris.

*Capſulae* reniformi-ſubcompreſſae ſparſae, ſolitariae, ſeſſiles in axillis foliorum imprimis ramulorum terminalium rarius inferiorum, pallidae, majuſculae.

*Foliola* ſquamarum vices praebentia caeteris parumper latiora minusque carinata.

### *Obſervatio.*

Diſtinctiſſima omnium habitu filiformi divaricatiſſimo.

*L. javanicum.* pag. 175.

Habitat in Java. Thunberg.

*Deſcriptio.*

*Radices* filiformes, ſimpliciuſculae.

*Caulis* ſpithameus, aſſurgens, medio dichotomus ramis 2-partitis erectis faſtigiatis.

*Folia* baſi approximata ſuperne undique patentia, baſi longe attenuata ſubpetiolata, lanceolata ſubreflexa, pollicaria plana, apice ſubulato porrecto brevi terminata, margine minute ſerrulata, utrinque glabra, laete viridia; terminalia erecto-patentia, apice longiori ſubſetaceo, comoſa.

*Fructificationes* (ut in Selagine) in axillis foliorum terminalium, foliis lineari-lanceolatis parum brevioribus confertis reflexis vix evidenter ſerratis interpoſitae.

*Capſulae* cordato reniformes, flavo-albidae.

*Obſervatio.*

Proximum *L. ſerrato Thunb.* jap. ſed *folia* inferiora 3plo longiora, baſi magis acuminata, apice acutiora margine ſerrulata nec ut in *ſerrato* ſpinuloſo-ſerrata. *Caulis* in utroque dichotomus baſi declinatus.

---

## *L. ſquarroſum.* pag. 177.

*Lycopodium ſquarroſum*, foliis ſparſis linearibus glabris, ſpicis terminalibus folioſis. Forſt. pr. n. 479. Habitat in Inſulis maris pacifici, Otaheite; etiam Javae.

### *Deſcriptio.*

*Caulis* 2-pedalis dichotomus teres laxus, folioſus.

*Folia* approximata inferiora 8-faria, ſuperiora 6-faria; lanceolato-linearia ſubulata, deflexa apice adſcendente ſquarroſo-rigida, ſemipollicaria integra, glabra.

*Fructificationes* terminales ad apices ramorum ſpicaeformes teretes folioſae.

*Capſulae* imbricatae, reniformi-ſubrotundae ſquamis ſ. foliolis lineari-ſetaceis erectis capſulis longioribus, inferioribus brevioribus interſtinctae et tectae.

### *Obſervatio.*

Non confundendum cum *Lycop. rigido* (*L. ſquarroſum* flor. ind. occ. 1571.) cui ſimile; illud vero Capſulis ut in Selagine cauli undique inſertis gaudet.

## *L. juniperoideum.* pag. 178.

Habitat in Sibiria. Laxman.

### *Descriptio.*

*Caulis* erectus teres, inferne nudus suffrutescens, superne foliosus ramosus.

*Rami* alterni, erecti, dichotomi, ramulis erectis fastigiatis, pollicaribus et ultra.

*Folia* approximata, sparsa, linearia apice acuto-subulata, integerrima erecta, subadpressa, glaberrima viridia, rigida.

*Spicae* in apice caulis, ad latera ramulorum terminalium, pollicares, teretes, *squamis* subpeltatis imbricatis, spathulatis margine membranaceo-crenulatis s. undulatis, pallide ferrugineis l. flavicantibus.

*Capsulae* majusculae, reniformes, pallide flavae, bivalves.

### *Observatio.*

*L. dendroideo* proximum, at differt

Ramulis non radiato-patentibus planis sed erectis fastigiatis, et foliis sparsis erectis linearibus acutis, nec lineari-lanceolatis patulis.

## *L. curvatum.* pag. 178.

*Lepidotis convoluta.* Palif. Beauvois prodr. p. 108.
Habitat in Indiis, Jamaica.

### *Defcriptio.*

*Radices* filiformes, ftriatae, hinc inde filamentofae, glabrae.

*Caulis* inferne indivifus erectiufculus, fuperne indeterminate ramofus, ramis pluries dichotomis teretibus fiftulofis, patentibus rigidis undique cauleque foliis tectus.

*Folia* fubverticillata novemfaria tereti-lanceolata inania, bafi fubcompreffa, a medio ad apicem tereti-fubulata, glaberrima; in caule reflexa, fuperne patentia apice adfcendenti; ramorum acumine curvato-inflexa; minora.

*Spicae* terminales in ramulis feffiles folitariae, oblongo-cylindraceae, cernuae.

*Squamae* novemfarie imbricatae lato-ovatae acuminato-cuspidatae, patulae, margine cartilagineo ferratae, rigidae pallide virides, bafi poftice faturatiores.

*Capfulae* fubrotundae reniformes compreffae, flavae inter fquamas.

### *Obfervatio.*

A *L. cernuo* diverfa: magnitudine 4-plo omnium partium foliisque latioribus et rigidioribus, et fquamis fpicarum latioribus brevioribus rigidis patulis.

Species Selagini proximas et quamplurimas fpicis terminalibus fructiferis inftructas in duo genera: Planan-

thus et Lepidotes, dispoſuit Cl. Paliſot Beauvois; ſed a ſolo ſitu diverſo fructificationum, character legitimus generis diſtincti vix eruendus eſt. Forma Capſularum in omnibus homogena videtur. Alias partes ſexuales in his hucusque non detexit ullus.

## *L. volubile.* pag. 180.

*Lycopodium volubile*, foliis bifariis diſtinctis falcatis acuminatis, caule volubili ramoſo hiſpido, pedunculis ramoſis, ſpicis aggregatis nudis. Forſt. prodr. n. 482.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Caulis* ſarmentoſus, filiformis, ramoſus volubilis teres, ſquamulis ſubulato-ſetoſis ſparſis ſubverticillatis adpreſſis remotis obſitus.

*Rami* alterni, reflexi, compreſſi, dichotomi quaſi ſupradecompoſiti.

*Folia* bifaria, patula, diſtincta, adnata lanceolata ſubfalcata apice ſubulato-ſetaceo erecto, ſupra leviter convexa, glaberrima rigida.

*Superficialia* ſolitaria, adpreſſa, ſubulata, minutiſſima, inferiora remotiora.

*Spicae* pedunculatae ſubpaniculato-dichotomae, teretes, laxae, pollicares, *ſquamis* lato-ovatis apice ſubulatis *Capſulis* vix longioribus.

## *L. myrtifolium.* pag. 181.

*Lycopodium myrtifolium*, foliis quadrifariis lineari-oblongis, ſpicis terminalibus filiformibus foliofis. Forſt. prodr. n. 485.

*Stachygynandrum myrtifolium.* Pal. Beauvois prodr. p. 113.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Caules L. Phlegmariae* ſimiles, ſubdichotomi, foliofi, erectiuſculi.

*Folia* approximata, feſſilia, 4-faria lineari-oblonga, apice acutiuſcula patentia, integra glaberrima.

*Spicae* terminales, dichotomae, ſpithameae, teretes, laxiuſculae.

*Capſulae* approximatae, ſquamis ovatis acutis carinatis erecto-patentibus rigidis longioribus interſtinctae.

## *L. ſcarioſum.* pag. 181.

*Lycopodium ſcarioſum*, foliis bifariis imbricatis erectis ovatis glabris, ſpicis terminalibus ſquamoſis, ſquamis ſcarioſis reflexis. Forſt. prodr. n. 484.

Habitat in Inſulis maris pacifici.

### *Deſcriptio.*

*Caulis* repens, dichotome ramoſus: *Ramis* foliofis, rigidis.

*Folia* bifaria, imbricata, ſubpatentia, l. erecta ovata, acuminata, glabra plana rigida parva; ſuperficialia (inferne ſita) imbricata ſubdiſticha adpreſſa lanceolata, minuta.

*Caulina* ſub 4-faria, diſtinctiora.

*Spicae* terminales ad apices ramorum, cylindricae, erectae, pollicares, *ſquamis* ovatis acutis concavis reflexis margine denticulatis l. crenulatis rigidis pallidis imbricatae.

*Capſulae* in ſinu ſquamarum.

*L. yemenſe.* pag. 182.

*Lycopodium ſanguinolentum.* Forſk. flor. arab. yem. CXXV. 651.

Habitat in Yemen.

*Deſcriptio.*

*Surculi* filiformes, flexuoſi, tetragoni, rigidi, nudiuſculi, ramoſi, glabri.

*Rami* diſtichi alterni, patentes rigidi.

*Stolones* filiformes nudi ex axillis ramorum.

*Ramuli* alterni, dichotomi ſ. bis bipartiti, recurvi, ſubconvoluti.

*Folia* bifaria, ovata, acuta, baſi auriculata margine ciliata, imprimis baſi, inferiora remotiora, ſuperiora ſ. ramulorum imbricata, ſecunda.

*Superficialia* imbricata, parum minora, latiora mucronata, marginata ciliata.

Fructificatio nec mihi viſa.

*Obſervatio.*

Simile *L. circinali*, ſed diverſum, caule decumbente ſtolonifero, et foliis auriculatis ciliatis etc. A *Lycopodio ſanguinolento L.* omnibus notis diſtinctum.

## *L. concinnum.* pag. 182.

Habitat in Insula Mauritii.

### *Descriptio.*

*Caulis* filiformis, decumbens repens nûdus, radiculis longis, dichotomis albidis.

*Surculi* 3-4-pollicares, erecti, distantes, inferne simplices nudi, dichotomi stolonibus filiformibus axillaribus.

*Folia* bifaria, distincta, oblonga obtusiuscula integerrima, marginata, glaberrima, subtus pallidiora.

*Superficialia* multoties minora, adpressa, subgeminata (nec disticha,) imbricata ovata apiculata, integerrima, glabra.

*Spicae* terminales pollicares, erectae, sessiles, tereti-4-gonae, apice attenuatae.

*Squamae* imbricatae lato-subcordatae, margine albido-membranaceae, carinatae, virides.

*Capsulae* biformes; aliae reniformes, pallidae 2-valves, aliae 1-2 ad basin spicae, majores subrotundae 2-3-spermae.

### *Observatio.*

Pulchella et nitida species a congeneribus diversa surculis erectis distantibus e caule nudo repente, et foliis discoloribus distinctis.

## *L. albidulum.* pag. 183.

Habitat in Penſylvavia.

### *Deſcriptio.*

*Surculi* aſſurgentes, ſubdiviſi, radiculas capillares ex axillis exſerentes.

*Rami* bifarii.

*Folia* inferiora fere ſparſa remotiuſcula, ovata acuta planiuſcula, denticulata, patentia; ramorum bifaria, alterna vix minora, parum acutiora, ſurculo incumbentia; omnia pallide viridia, fere albicantia.

*Spicae* ramulos terminantes, lineares, longiuſculae, fere pollicares laxae, *ſquamulis* 4-fariis ſubimbricatis, apice patulis, ovato-lanceolatis carinatis, oculo armato ſubſerrulatis, pallidis, terminalibus viridioribus.

*Capſulae* mixtae in eadem ſpica variae formae l. ſubrotundae compreſſae bivalves flavae, pulvere repletae l. aliae paulo majores pauciſſimae, albidae bivalves: valvulis cordato ſubrotundis, denticulo utrinque baſilari, ut in *L. ſelaginoide*, et demum globiferae, primis ſimillimae ſed clauſae, virides, monoſpermae?

### *Obſervatio.*

Diſtincta ſpecies ſpicis longiuſculis laxis, et colore.

*L. novae Hollandiae.* pag. 184.

Habitat in Auftralafia.

*Defcriptio.*

*Surculi* filiformes, laxi, angulati, inferne nudiufculi, foliolis minutis alternis cordato-amplexantibus acutis induti; fubdivifi.

*Rami* ramulique bifarii, erectiufculi.

*Folia* bifaria, laete virentia diftincta, alterna, ovata acuta convexa dorfo carinata, margine ciliata: *Superficialia* dimidio minora, ovata apiculata, alterne adpreffa, carinata, margine ciliata.

*Spicae* terminales, feffiles, parvae fquamis 4-fariis ovatis acuminatis carinatis patentibus.

*Capfulae* inferiores bivalves, fuperiores globiferae; globulis 3 albidis.

*Obfervatio.*

*L. apodo* valde affine; fed discrepat: foliis carinatis ciliatis nec denticulatis et capfulis globiferis terminalibus l. forfan in fpicis diftinctis, quae in *Apodo* cum bivalvibus mixtae in eadem fpica. Folia etiam in illo latiora l. fubrotundo-ovata cum fuperficialibus exacte alternantia, et fpicae interdum folitariae.

Hanc fpeciem amiciffime communicavit Cel. Willdenow fub nomine *Lycop. ciliati.*

## *L. patulum.* pag. 184.

Habitat in ſylvis umbroſis montium Jamaicae.

### *Deſcriptio.*

*Surculi* ſaepe conferti, 3-4-pollicares, aſſurgentes, erecti inferne indiviſi anguloſi, ſulcati, foliis minutis ſeu ſquamulis ſparſis obſiti, pallide virentes, ſtolones radicantes (radiculis dichotomis faſciculatis capillaceis) ad latera exſerentes; ſuperne bifarie ramoſi, *ramis* alternis iterumque diviſis, patentibus.

*Folia* bifaria oblonga acutiuſcula alterna patula laxa nec imbricata, antrorſum gibboſa, deorſum rectiora, margine ſubintegra l. ſubinde denticulo uno alterove munita. *Superficialia* duplo triplove minora, alterna adpreſſa, ovato-lanceolata, apiculo longiore, carinata, margine denticulata; omnia laete viridia.

*Spicae* terminales ſeſſiles abbreviatae erectae, *ſquamulis* 4-fariis, ovato-lanceolatis, concavis, carinatis, patulis nec imbricatis, margine denticulatis, foliis ramulorum non multo minoribus.

*Capſulae bivalves* inferiores in ſpicis; *globuliferae* verſus apices earum ſubrotundae. *Globuli* 3-ſubrotundi albidi, ruguloſi. Pulvis ſeminalis priorum croceo-flavus.

*Obſervatio.* Differt a *L. plumoſo: Statura* multo minori, ramis non dichotomis, foliis diſtinctioribus alternis acutiuſculis; ſquamulis ſpicarum patulis nec ſpicae attenuatae imbricatulae ut in *plumoſo* et demum capſulis globuliferis exacte terminalibus, nec mixtis cum bivalvibus.

A *L. apodo* discrepat: *Surculis* erectis nec caulis ut in illo filiformis repens, et foliis oblongis nec ſubrotundo-ovatis etc.

*L. depreſſum.* pag. 185.

Habitat in Promontorio bonae ſpei. Thunberg.

*Deſcriptio.*

*Caules* caeſpitoſi, ſubdiviſi, breves, radicantes, ſesquipollicares.

*Rami* ſparſi, breviſſimi.

*Folia* bifaria alterna adpreſſa, patula, ovata, acuminata denticulata, glabra; ſuperficialia dimidio minora diſticha aequalia, ovata acuta plana, ciliata, glabra.

*Spicae* terminales ſeſſiles craſſiuſculae oblongae, obtuſae; *ſquamis* quadrifarie imbricatis carinato-compreſſis apice patulis, margine denticulato-ciliatis.

*Capſulae* ſuperiores in axillis ſquamarum ſubrotundo-compreſſae reniformes pallidae fariniferae, 2-valves; inferiores ad baſin ſpicae ſparſae, ſubinde reniformibus mixtae ſubrotundo-ſubtricoccae, 2-valves, virides.

*Semina* globoſa, ſubſolitaria? albida.

*Obſervatio.*

A congeneribus diſtinctum videtur habitu confertiori craſſiorique, ſpicis craſſiuſculis.

Proximum *L. denticulato* cujus ſpicae a ramis vix diſtinguuntur. Hac nota a *L. helvetico* discrepat, in quo pedunculatae ſunt. Utrumque ſicut et *L. depreſſum* ad *Stachygynandrum* Cl. Beauvois pertinet cum multis aliis Lycopodiis, organis fructiferis biformibus praeditis. Iſtae ſpecies genus diſtinctum forſan conſtituerint a ceteris, in quibus non niſi Capſulae uniformes ſ. fariniferae reperiuntur. Sed ulterius inveſtigandae ſunt. Interea ob nimiam affinitatem ſub titulo communi Lycopodii eo usque maneant.

*Lycopodium ſelaginoides L.* quod ſub nomine *Selaginellae* determinavit Cl. Beauvois Capſulis univalvibus, easdem vere bivalves habet, valvis trilobis.

*Diploſtachyum* ejusdem auctoris ut mea fert opinio, diſtinctum non efficit genus. In *L. helvetico* et *apodo* capſulas vidi ſeminiferas ad baſin ejusdem ſpicae, cui aliae fariniferae ſuperne inſeruntur. Hae capſulae rariſſime tricoccae, ſaepius bicoccae l. ſubrotundae et bivalves ſunt, ut luculenter mihi patuit in *L. myoſuro, canaliculato, ſtolonifero, plumoſo* et *ornithopodioidi* In ultimo ſemel tantum capſulam unicam trivalvem obſervavi.

Situs harum Capſularum (feminearum Beauvois) in diverſis ſpeciebus variat; ſic in *L. myoſuro* Capſulae ſeminiferae ad baſin ſpicae inſident ſolitariae; in *L. canaliculato, ornithopodioide* et *plumoſo* cum fariniferis in eadem ſpica mixtae ſunt. In *L. ſtolonifero* demum ſubſolitariae ad baſin ſpicae ceterarum ſpecierum majores.

Numerus ſeminum plerisque ternus; at in *L. plumoſo* unicum ſolummodo detegere potui, idem quod et ſuo *Gymnogyno* attribuit Beauvois. Unum alterumve abortire probabile eſt.

Quod vero ad *Gymnogynum* attinet, idem ac *L. ſtoloniferum* flor. Ind. occid. p. 1576. eandem plantam eſſe valde dubito, ſi in Domingenſi, capſulae ſeminiferae axillis ramorum reapſe inſeruntur. Hoc enim, *L. plumoſo* proximum, Stachygynandra inter militare poteſt.

# Psilotum.

## *P. complanatum.* pag. 188.

Habitat in Jamaicae arboribus; parasiticum.

### *Descriptio.*

*Radices* subdivisae, rigidae.

*Caulis* prope radicem sublignosus, flexuosus rigidus decumbens, subdivisus in *ramis* adscendentibus tereti-triquetris, superne pluries dichotomus, ramulis linearibus subancipiti-complanatis, apice obtusis, denticulatis, denticulis subulatis remote alternis, enerviis, glabris.

*Capsulae* subsessiles solitariae, laterales ramulis terminalibus insidentes, denticulo bifido basi externe suffultae, trigonae depressae, trisulcatae, triloculares quasi tricoccae quasi ex 3 compositae, loculis medio cohaerentibus coriaceis, superne semibivalvibus, externe transverse striatis, farina pallide flava repletis.

### *Observatio.*

Distinguitur a *P. nudo* ramis latiusculis complanatis ancipitibus.

# Explicatio Tabularum.

Tab. I.

Fig. 1. Acroſtichum conforme. magn. nat.

Fig. 2. Acroſtichum albidulum. m. n.
 a. Pinna latere averſo viſa.
 b. Pinnula, magnit. aucta.

Fig. 3. Hemionitis pedata. m. n.
 a. Lacinia, major facta.

Fig. 4. Grammitis lanceolata. m. n.

Fig. 5. Grammitis graminoides. m. n.
 * Apex frondis ſorifer.
 a. Capſula cum pedicello. m. a.
 b. — latere viſa. m. a.
 c. — rupta. m. a.

Fig. 6. Grammitis leptophylla. m. n.
 * Pinna ſubtus viſa.
 a. Pinnula. m. a.

Tab. II.

Fig. 1. Acroſtichum nummularifolium. m. n.
 a. Frons fertilis. m. a.
 b. Capſulae quaedam ſeorſim cum pilis ſtellatis.

Fig. 2. Polypodium adnafcens. m. n.
a. Particula frondis fertilis. m. a.
b. Sorus feorfim cum pilis.

Fig. 3. Pteris pilofelloides. m. n.
a. Pars frondis fertilis. m. a.
b. Squame furculum inveftiens. m. n.

Fig. 4. Diplazium plantagineum. m. n.
a. Pars frondis cum foris. m. a.

Tab. III.

Fig. 1. Afplenium auftrale. m. n.
a. Lacinia fructificans. m. a.
b. Particula ejusdem magis aucta.
c. Capfula rupta.

Fig. 2. Afplenium flabellifolium. m. n.
a. Pinna fubtus vifa. m. a.

Fig. 3. Lindfaea linearis. m. n.
a. Pars rachis. m. a.
b. Pinna feorfim e pag. infer. m. a.

Fig. 4. Adiantum affimile. m. n.
a. Pinnula. m. a.
b. Sorus indufio adnatus, magis auct.

Fig. 5. Cheilanthes micropteris. m. n.
a. Pinna fupra exhibita. m. a.
b. — fubtus exhibita. m. a.

Fig. 6. Cheilanthes fragrans. m. n.
a. Pinnula. m. a.
b. Lacinula feorfim foris terminalibus.

Fig. 7. Cheilanthes dichotoma. m. n.
a. Pinnula fupra vifa. m. a.
b. Pinnula fubtus vifa. m. a.

Tab. IV.

Fig. 1. Schizaea digitata. m. n.

a. Appendiculus ex denis feorfim. m. a.
b. Particula ejusdem fitus capfularum often-dens.
c. Capfula antice vifa.
d. Eadem latere exhibita.

Fig. 2. Ophiogloffum nudicaule. m. n.

a. Spica. m. a.

Fig. 3. Lycopodium filiforme. m. n.

a. Apex ramuli fructiferi. m. a.
b. Capfula cum fquama adfidente.
c. Foliorum forma. m. a.

Fig. 4. Lycopodium yemenfe.

Pars furculi. m. n.
cum ftolone (*).

a. Particula furculi cum folio. m. a.
b. Ramulus foliis fecundis cum fuperficialibus imbricatis.
c. Isdem fitum foliorum exhibens.
d. Folium fuperficiale.
e. Folium proprium.

Fig. 5. Pfilotum complanatum.

Pars. m. n.

a. Apex ramuli fructifer. m. a.
b. Capfula tricocca hians.
c. Eadem transverfe fecta ut loculi videantur.

Tab. V.

Mohria thurifraga. m. n.

a. Pinnula fupra vifa. m. a.
b. Pinnula fubtus vifa cum indufiis inflexis. m. a.
c. Pinnula fubtus vifa, in qua indufia reflexa funt. m. a.
d. Pars pinnulae fubtus vifae magis aucta.
e. Capfulae antice vifae. m. a.
f. Capfula poftice vifae. m. a.
g. Capfula magis aucta.
h. Semina. m. a.

# Addenda et emendanda.

p. 9. poſt lin. 9. inſere:

A. nummularifolium, frondibus ſubſeſſilibus cordato-ſubrotundis ſubtus tomentoſis, fructiferis obovatis; ſurculo reptante radicante. Tab. noſtr. II. f. 1.
Java.

p. 10. poſt lin. 18. inſere:

A. hirtum, frondibus oblongo-lanceolatis utrinque acuminatis ſupra ſtipitibusque paleaceo-hirtis, margine crenulato-punctato, fertilibus ovato-lanceolatis.
Inſulae Azores?

p. 22. poſt lin. 27. inſere:

G. pumila, frondibus lineari-filiformibus indiviſis e ſurculo piloſo reptante; lineola fructif. terminali ſolitaria.
*Pteris graminea.* Lamarck Enc. 5. p. 708.
Inſula Franciae.

p. 23. ad calc. differentiam G. cheilanthoidis hiſce emenda:

G. cheilanthoides, frondibus ſubbipinnatis, pinnulis cuneatis lobatis, laciniis lineari-oblongis obtuſis utrinque rachique piloſis.

(p. 39. n. 90. Polyp. obtuſum, jam altera quoque vice p. 26. n. 8. exſtans, tolle; eſt enim ex ſerius obſervatis a *Schkuhrio* nobisque per fruſtula amiciſſime

transmiſſa comprobatis, *Aſpidii* generis ſpecies. — W. M.)

p. 43. lin. 20. lege: 179. f. 6.

p. 48. lin. 25. lege: *P. exoſum.*

(p. 52. Ad *Aſpidiorum* quartam familiam, ſubdiviſione a. „induſiis dimidiatis reniformm." referendum:

A. obtuſum, frondibus pinnatifidis glabris, pinnis obtuſis, pinnulis coadunatis ovatis oblongisve inciſo-crenulatis. Schkuhr. l. c. p. 18. t. 21. (*Polypod.*)

*Polypod. obtuſum Sprengel.* Anl. 3. p. 92. — et ſupra in hoc opere p. 39. n. 90. — W. M.)

p. 53. tolle n. 55.

p. 54. loco n. 58. lege:

A. dilatatum, frondibus bipinnatis, pinnis bipinnatifidis 2-pinnatisque, laciniis oblongis obtuſiuſculis inciſis apice ſerrato-ſpinuloſis; rachi ſtipiteque paleaceis. Smith. flor. brit. 3. 1125.

*Polypodium dilatatum.* Hoffm. germ. 2. 7.

*P. ariſtatum.* Vill. Bellard. Act. Taur. 5. 255.

*P. criſtatum Hudſ.*

*Polyſt. multiflorum Roth.*

Müll. fl. Fridr. t. 2. f. 4. Pluk. ph. t. 181. f. 2. Bolt. fil. t. 23. Schkuhr. crypt. Gew. t. 47. (*A. drepanum.*)

Europa.

A. ſpinuloſum, frondibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis pinnatisque, laciniis oblongis acutis ſerrato-ſpinuloſis, fronde ovato-triangulari; rachi glabra; ſtipite paleaceo.

*Polypodium criſtatum*, vulgo —

*Polypodium ſpinuloſum Retz.*

*Polyſtichum ſpinoſum Roth.* (an vere hujus)?

Müll. fl. Fridricksd. t. 193. t. 2. f. 2. Flor. dan. t. 707. Schkuhr. crypt. Gew. t. 48.

Per totam Europam.

Hujus videtur var. *Asp. erosum Schkuhr.* l. c. t. 45.

p. 57. post lin. 2. insere:

A. **aristatum**, decompositum, foliolis bipinnatis, pinnulis rhombeo-oblongis incisis, laciniis serrato-mucronatis; stipite villosiusculo.

*Polypodium aristatum.* Forst. prodr. n. 448. Schkuhr. crypt. Gew. t. 42. (*foliolum*)

Nova Zeelandia.

p. 58. n. 81. deleatur synon. Schkuhr.

p. 71. post lin. 3. insere:

*Aspidium alpestre Hoppe* Taschenb. 1805.

Schkuhr. crypt. Gew. t. 60.

Carinthia, Helvetia.

An hujus rectius Filix rhetica tenuissima dentata J. Bauh. h. 3. 740.

p. 73. post lin. 11. insere:

*Aspidium depastum Schkuhr.* cr. Gew. t. 51.

Bohemia.

An praecedens *P. austriacum* Jacq. huc pertineat?

p. 75. lin. 15. adde: Schkuhr. l. c. t. 65.

p. 77. ad calc. adde:

A. **nitens**, frond. pinn., pinnis sub trapezio-lato-lanceolatis apice longissime attenuatis striatis, baseos abbreviatis rhomboideis obtusis; soris costa subcontiguis.

Ins. Franciae.

p. 79. post lin. 23. insere: Schkuhr. l. c. t. 70.

p. 80. lin. 4. adde: Schkuhr. l. c. t. 73. sinistra.

p. 80. lin. 18. adde: Schkuhr. l. c. t. 73. dextra.

p. 90. lin. 1. adde: Schkuhr. l. c. t. 83.

p. 90 lin. 15. adde: Schkuhr. l. c. t. 84.
p. 93. lin. 17. adde: et t. 86. repet. ex Plum.
p. 98. lin. 18. lege: Obſ. 6.
p. 110. deleatur: *Pteris graminea* etc. cf. p. 214.
p. 111. poſt lin. 29. infere:

O. ſtriata, frondibus pinnatis, ſteril. pinnis ſubcordato-lanceolatis integris nervoſo-ſtriatis, apice attenuato ſerratis; fructif. linearibus baſi cordatis.
Inſ. St. Chriſtophori, Martinica.

p. 122 poſt lin. 18. inſere:

A. rhizophorum, frondibus pinnatis glaberrimis apice caudato-radicantibus, pinnis cuneato-deltoideis, ſurſum inciſis, laciniis integris.
Inſula Franciae, Borboniae.

p. 126. *Adiantum hirſutum* delendum cum Obſerv.; v. p. 320.
p. 142. poſt lin. 13. inſere:

T. digitatum, frondibus erectiuſculis digitatis, laciniis linearibus obtuſis ſubemarginatis indiviſis bipartitisve; urceolis inſertis.
Inſ. Franciae.

p. 253. lin. 1. lege: pag. 53. (cf. addit.)
p. 264. lin. penult. lege: *furcato.*
p. 271. lin. 16. lege: *Obſervatio.*


# Index.

Obliquis f. curfivis litteris impreffa nomina fpecierum, rectis fynonymorum.

Acrostichum

Adiantum

*) (*Gymnopteris* Bernh. nuperrime constituta *Hemionitidem* et *Grammitidem* conjungit. *Onoclea discolor* solummodo ex falsa observatione huc relata. — W. M.)




'bidulum. 3. Hemionitis graminoides. 6. Grammitis leptophylla.

Besemann sculps.




F. 1. Acrostichum conforme. 2. Acrostichum albidulum. 3. Hemionitis pedata. 4. Grammitis lanceolata. 5. Grammitis graminoides. 6. Grammitis leptophylla.

Swartz de. Besemann sculps.

T. II.




…podium adnascens.

…n sculps.

T. II.






Fig 1 Acrostichum nummularifolium 2. Polypodium adnascens. 3. Pteris piloselloides. 4. Diplazium plantagineum.

O. Swartz del. Besemann sculps.





...lifolium. 3 Lindsæa linearis. 4 ...ans. 7. Ch. dichotoma.

T. III.



1 Asplenium australe. 2 Asplenium flabellifolium. 3 Lindsæa linearis. 4 Adiantum assimile. 5 Cheilanthes micropteris. 6 C. fragrans. 7 Ch. dichotoma.

T. IV.




aule. 3. Lÿcopodium filiforme. 4


Pesemann sculps.


T. IV.



1. *Schizaea digitata.* 2. *Ophioglossum nudicaule.* 3. *Lycopodium filiforme.* 4. *L. yemense.* 5. *Psilotum complanatum.*


T.V.






*ria Thurifraga*

Besemann Sculps.




*Mohria Thurifraga*